


LEGGI

E

MEMORIE VENETE

SULLA PROSTITUZIONE

FINO ALLA CADUTA DELLA REPUBBLICA.



A SPESE DEL CONTE DI ORFORD.

VENEZIA 1870-72.

quando non fossero registrati, se ne deduce a buona ragione, che anche per tal via la Repubblica procurava saviamente di salvare l'onore delle famiglie indigene dalle insidie di gente straniera, le cui voglie erano spesse volte illimitate, come illimitati erano i loro mezzi pecuniarii, onde facilmente erano favorite le male arti della seduzione.

Le notizie derivanti dalle venete leggi sulla prostituzione non sono, a vero dire, prive di certo valore storico. Alla fine del secolo XIV dopo la morte dell'*Hawkwood*, e più specialmente nel 1400, allorquando scemarono le Compagnie di ventura, i soldati dimessi mutarono servizio; e nel 1446 troviamo (p. 48) *Inglesie Francesi* sotto la bandiera delle *Mamole* a Rialto. E poichè codesti Bravi (p. 37, N. 17) si appropriavano *el so guadagno*, il Consiglio de' X. proteggeva le vittime loro; e vediamo d'altra parte nel 1450, che quelle meretrici, che recavano l'acqua potabile per uso generale della popolazione, il Governo voleva che si adoperassero altresì colle loro secchie in qualunque fortuita occasione d'incendio. Così i buoni servigî erano vicendevoli; ma neanche le *bigolanti* chiamavansi perciò *benemerite*.

→ Il 1496 offre la prima notizia particolareggiata del morbo Gallico in Venezia; e nel 1522, allorquando ebbe principio un Ospedale per gli ammalati sifilitici, sotto il titolo d'*Incurabili*, incontriamo (p. 97 e p. 267) l'altra, che il Patriziato veneto, così dell'uno come dell'altro sesso, adoperavasi alla cura di quel flagello con un zelo, da vincere ogni naturale avversione, e dava esempio di una carità cristiana in tutta la sua vera luce, ed oltracciò di una esemplare filantropia che onorava quel ceto, i cui molti meriti furono pur troppo dai moderni tempi posti in dimenticanza; nel qual Ospedale, pochi anni appresso, eziandio altri pietosi e santi uomini v'impiegarono le loro fatiche a cura degli infermi ivi raccolti, fra quali Francesco Saverio Apostolo delle Indie, ed Ignazio Lojola fondatore dell'ordine de' Gesuiti (a).

Niuno negherà che l'ufficio della Sanità, intervenendo in ciò tutto che si riferisce alla salute pubblica, non presenti una forma

(a) *Cicogna* Iscrizioni Veneziane T. V. pag. 299 e seg.

52.

MCCCCLXVIII. Die XXX Martij. *In Consiglio X cum Additione.*

Ser Johannes Superantio }
 Ser Dominicus Mauro } *Capita.*
 Ser Lo. Faldro }

Gunzosia che in la **contrada de San Samuel su la strada maistra** che va a dretura da San Samuel a San Stefano se redugi molti zoveni de diverse condicion cum arme e speso fano briga cum grandissimo periculo de tutti boni cittadini et homeni di ben, perche el ne sta feridi molte volte alcuni a fallo, e per lo simele de le done e cum vergogna de quelle: Et questo se intenda esser processo soto caxon de **quelle meretrix le qual non sono contente de star dentro in el suo luogo consueto antigamente ma sono vegnude ad habitar in alcune case su la dicta cale maistra** a la qual cosa sia da proveder si per reverentia de Dio come per honor de la nostra cita, et per tuor via et hoviar a molti inconvenienti. Landerà parte che in le chaxe son in la dicta strada maistra **non possino star meretrix ne femene de mala vita** chome antigamente non stavano, ne in la maor parte de quelle non stano ancor al presente; et se pur li patroni de quelle de le dite femene vorano tegnir in le dite caxe, debiano murar porte e balconi tereni meteno su la dita strada e la mita de le fenestre sono in soler da la parte de soto. Et questo **in pena de livre diexe e scuriade ventizinqe**, per cadauna dele dicte e cadauna fiada sarano trovade star in le dite caxe. Et per lo simele non possa far le dite femene residentia insieme ni cum alcuno zovene su la dita strada comenzando da la testa de la calle stricta va ala chiesa de San Samuel fin al spicier de San Stephano ma sia in sua liberta andar sole chome e quando a quelle parera soto quella medema pena de livre X e scoriade XXV per cadauna fiada e cadauna de quelle serano trovade; le qual livre X sia da esser scose per quelli offitali a chi sera fata la conscientia, e che prima mandera la dita parte ad execution et habiano la mita et l'altra mita sia de l'acusador.

1468
30 Marzo

De parte 15 — De non 0 — Non sincere 2

(Registro 17, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1466-1472, carta 49).

53.

MCCCCLXIX (*more veneto*). Die ultima Februarij. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Victor Superantio }
 Ser Lucas Mauro } *Capita.*
 Ser Franciscus Sanuto }

Gum ad honorem dominij nostri respectu justitie faciende spectet maxime habere et intelligere qualiter **furlana meretrix que jam confessa fuerat sodomicium exi- verit hac nocte de carceribus** clausis portis et non fracto muro; Vadit pars quod publice cridetur, quod quicumque scit de modo fuge istius femine, et illis qui juverint illam exire carceres aut illam tenuerunt vel teneant in domo et accusabit eos si veritas reperietur habebit libras V.^s a nostro dominio et tenebitur secretus, et quicumque scivit de illis qui juverint illam ad aufugiendum aut tenuerint sive tenent illam in domo et si veritas repperietur et non accusabit cadat de libris V.^s et stabit in carceribus sex menses. Et si unus accu-

1470
ultimo
Febbraro

sabit sotium vel sotios erit absolutus a culpa et lucrabitur libras V.^c Item scribatur Rectoribus quod si in suo regimine illa inveniretur eam capiant et mittant venetiis ad carceres nostros pro habendo veritate de modo fuge et propriis nominibus sodomitarum, declarando quod dicte libre V.^c solvantur de bonis culpabilium et non requirendo bona solvantur per nostrum dominium (**A, B, C**).

De parte omnes, videlicet 16.

A

Die XIII Martij.

Capita.

Quod Collegium **de fuga furlane** possit pro halenda veritate fuge sue tormentare furlanam et alios qui videbuntur maiori parti ipsius Collegij.

De parte 9 — De non 3 — Non sincere 3

B

Die VI Junij.

<i>Ser Victor Superantio</i>	} <i>Capita.</i>	<i>Ser Candianus Bollani</i>	} <i>Advocatores.</i>
<i>Ser Lucas Mauro</i>		<i>Ser Marcus Barbadico</i>	
<i>Ser Franciscus Sanuto</i>			

Si videtur vobis per ea que dicta et lecta sunt quod procedatur contra **Meneginam Furlanam metricam confessam sodomitum a parte posteriore.**

De parte 11 — De non 0 — Non sincere 6.

I.

Serenissimus Dominus Duæ.

<i>Ser Joannes Faledro</i>	<i>Ser Franciscus Caravello</i>	} <i>Consiliarij</i>
<i>Ser Stephanus Trivisano</i>	<i>Ser Franciscus Minio</i>	
<i>Ser Paulus de Priolis</i>		

Quod sit in exilio Venetiis et omnium terrarum et locorum dominij et si unquam venerit in vires dominij quod moriatur in carcere.

De parte 13.

II.

*Ser Victor Superantio Caput**Ser Bernardus Donato Consiliarius*

Quod stare debeat in carceribus duobus anni et postmodum mittatur in exilium omnium terrarum et locorum dominij venetiarum a mari et a terra et si sub nostro (*dominio*) caperetur quicumque eam presentabit habent libras II.^c de suis bonis et non reperiendo habeat de bonis nostri dominij et illa finiat vitam suam in carceribus.

De parte 1.

III.

Ser Lucas Mauro Caput.

Quod sit in exilio Venetiis et omnium terrarum et locorum dominij nostri et si unquam sub nostro dominio reperiatur amputetur sibi caput et comburatur corpus.

De parte 1.

IV.

Ser Franciscus Sanuto Caput.

Quod compleat annum in carcere et postea sit in exilio Venetiis et locorum dominij Venetiarum a terra et mari et si unquam venerit sub nostro dominio finiat vitam suam in carcere, et quicumque dabit illam in vires dominij habeat libras II.^c de bonis suis, et non habendo illas subito habeat de bonis nostri dominij.

De parte 2.

V.

Advocatores.

Quod die veneris in medio duarum columnarum amputetur sibi caput et comburatur corpus suum ita quod in cinerem convertatur.

De parte 0 — De non 0.

C

Die XIII Junij.

Ser Victor Superantio }
 Ser Lucas Mauro } *Capita.*
 Ser Franciscus Sanuto }

Quod **propter exillium datum furlane meretrici sodomite que in sua confessione multos nominavit de illo crimine** fiat id quod est in similibus consuetum, videlicet quod detur licentia armorum cum duobus tantum apud se omnibus nobilibus qui fuerint in Consilio ad psaminandum illam, ita tamen quod propter hoc nemo possit habere ultra VI ullo modo.

De parte 15 — De non 2 — Non sincere 0

(Registro 17 *Misti Consiglio de' Dieci*, 1466-1472, carta 93 verso - 95 - 100 e 100 verso).

54.

MCCCCLXX. Die XXVIII Augusti. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Victor Superantius }
 Ser Lucas Maurocenus } *Capita.*
 Ser Franciscus Sanuto }

Cum nostra dominatio **contra sodomitas fecerit multas leges** et provisiones et promissa premia accusatoribus et occurrat aliquando quod aliqui sodomite praticant pueros et tentant illos ad malum effectum, **et contra istos praticatores puerorum sit etiam providendum** quod accusentur aut puniantur omnino quod malum perficiatur quantum per verba venit ad effectum: Vadit pars quod si quis de cetero accusabit aliquem **temptatorem puerorum et praticatorem** inducendi illos ad turpem effectum, et per istud consilium ille accusatus condemnabitur ad aliam penam quam mortale ille qui accusabit et ille qui eum capiet habeat libras C. de bonis accusati, et non habendo unde solvere dentur de bonis nostri dominij, que pena dividatur inter eos, sicut per capita ordinabitur pro illis autem qui accusabuntur et condemnabuntur ad mortem detur premium consuetum et publicetur effectus presentis partis in schalis Rivoalti.

1470
28 Agosto

De parte 15 — De non 0 — Non sincere 2

(Registro 17, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1466-1472, carta 105 verso).

55.

MCCCCLXXI. Die septimo Julij. *In Collegio.*

Cum per Ducale Dominium fuisset mandatum dominis Capitibus Sexteriorum quod debeant examinare et **diligenter intelligere si domus** et proprietates nobilium virorum Bernardi et Petri de Molino quondam ser Andree de S. Jervasio **erant in Ruga**

1471
7 Luglio

Rivoalti que deputata est pro Castelletto et habitatione meretricum sicut ab aliis nobilibus dicebatur. Et dicti dominis Capita Sexteriorum die XI Junij 1471, terminaverint in forma infrascripta: Videlicet, cum coram spectabilibus et egregijs dominis Capitibus Sexteriorum infrascriptis comparuerint nobiles viri domini Bernardus et Petro de Molino fratres quondam domini Andree asserentes, **quod habent in ruga sive calli sex apothecas** quae habent confines cum parte domorum domini Priami Maripetro, **que callis vocatur Castellettus in quibus sex apothecas habitant meretrices ut in alij in ipsi calli, sive ruga contentis.** Et quum dominus Priamus Maripetro vigore cuiusdam capituli continentis in capitulis meretricum astringere velit ipsas meretrices in apothecis suis habitantes libras tres parvorum omni mense exigendas sicut exigit ab aliis meretricibus habitantibus extra dictum callim sive rugam. Et requisiverunt prefatos dominos Capita Sexteriorum ut terminarent si predictae sex apothecae suae posite in ipsa calli vel ruga esse deberent ad conditionem illarum, quae sunt extra ipsam callim vel rugam, vel non ex una parte. Ex altera comparentes dominus Priamus Maripetro et D. Urbanus et Dyonisius filij sui dicendo et allegando habere ab omnibus meretricibus habitantibus extra Castellettum libras tres mensuales a qualibet earum secundum formam Capitulum suorum et petierint astringi et compelli meretrices habitantes in ipsis apothecis dominorum Bernardi et Petri de Molino ad contribuendum ipsis predictas libras tres mensuales. Unde spectabili et egregij domini Joannes Donato Hieronymus de Mula Bernardus de Canali Benedictus Dandolo et Petrus Sagredo honorabili Capita Sexteriorum, domino Philippo Maripetro eorum sexto collega non possendo se impedire propter parentelam, omnes quinque concordantes auditis et intellectis, pluries ore tenus partibus suprascriptis: **Visoque loco sive ruga vel calli ad oculum, ubi sunt site prefate apothecae de cha Molino** et partes illarum de cha Maripetro: visisque mandatis eisdem factos per Illustrissimum dominum dominum circa deliberationem prefate differentiae: auditis intellectisque rationibus, allegationibus, quas allegare dicere et producere voluerunt partes predictae habito maturo et diligenti consilio, omnes concordantes terminaverunt et terminando dixerunt quod ipse sex apothecae illorum de cha de Molino supranominatorum sint in calli sive ruga ubi sunt partes apothecarum sive voltarum domini Priami Maripetro quae pars appellatur Castelletti tantum etc.

Infrascripti domini Consiliarij intellectu tenore dicte terminationis terminaverunt quod ad futurorum memoriam suprascripta Capitulum sexteriorum determinatio et diffinitio **de sex apothecis de cha Molino site in ruga sive Castelletto** debeant scribi et notari in notatorio Cancellarie sicut notata fuit terminatio Capitulum sexteriorum facta pro apothecis Nobilis viri ser Priami Maripetro quae in illo calli sive illa ruga site sunt: ut iste sex de cha Molino cum illis multis de cha Maripetro in illa ruga propria situate percipient pro parte et nomine suo de conditione et de beneficio taxationis quod habent ille multe quae in illa propria ruga sunt deputate.

(Notatorio del Collegio, 1467-1473, carta 97 verso e 98).

56.

MCCCCLXXX. Die XXII Augusti. *In Collegio.*

Infrascripti Domini Consiliarij dant licentiam prudentibus civibus nostri Joannis de Francisci et Paulo da Ponte quondam Antonij quod possint locare certas eorum **domos quas habent in carampani meretricibus** et omnibus alijs qui sibi placerent quemadmodum per elapsum fecerunt.

1480
22 Agosto*Consiliarij**Ser Lucas Mauro**Ser Zacharias Victuri**Ser Mapheus Contareno**Ser Augustinus Barbadico**Ser Hieronymus Diedo**Ser Christophorus Capello.*(Notatorio del *Collegio*, 1474-1481, carta 131.)

57.

MCCCCLXXXVI. Die XVII mensis Martij. *In Rogatis.*

Ser Nicolaus Mudacio } *Provisores super contagijs pestis.*
Ser Antonius Grimani }

Cum ex varijs personis Officio nostro denunciatum fuisset **quod Meretrices in varijs huius urbis locis habitantes** sunt maxima causa infectionis propter conversationem quem ibi faciunt tam infecti quam alij plurimorum infectionis, quia non solum infectos domi recipiunt, verum etiam ut officio nostro clare manifestum est mortuos peste triduo aut quatruiduo domi retinent, nulli quidem manifestantes ob timorem, ne propriis domibus expellantur quo quidem tempore sine aliquo respectu omnes illuc euntes domi recipiunt, eosque sic infectant; preterea quod magis est in proprio urbis corpore stantes efficiunt propter mala exempla que aliis prebent; Quod multe se se huic obrobriosum vitium supponunt. Idcirco Vadit pars, **quod omnes iste publice meretrices hoc exercitium exercentes, mittantur ad standum et habitandum ad locum constitum qui in Rivoalto est**, sub pena XXV ferularum et standi per menses sex in carceribus nec non et solvendi libras XXV que dividantur ac dividi debeant inter denunciatores et officiales.

1486
17 Marzo

De parte 137 — De non 19 — Non sincere 10

(Registro 10, *Senato Terra*, 1486-1489, carta 3; — *Provveditori alla Sanità* Notatorio primo, 1485-1508, carta 3, e Capitolare primo, 1485-1574, carta 43 verso).

58.

1486. 20 Marzo.

Est omnino obviandum sicut meretricibus factum est ut rufiani in hac civitate nostra existentes ab omnibus dignoscantur cum maxime multorum malorum causa existant, ut alij suo exemplo motti ab huiuscemodi deturpando exercitio se abstineant. Ideo prefati magnifici Domini ex auctoritate eis attributa deliberant et determinant **quod omnes illi rufiani qui stant in civitate nostra debeant portare habitum collaris zalli ut ab**

1486
20 Marzo

omnibus dignosci possint sub pena fustigationis a Sancto Marco ad Rivum altum et perpetui exilij huius civitatis nostre. Et ut cum omni sollicitudine presens deliberatio exequatur si fuerit accusator per quem habeatur veritas habeat libras quinquaginta accipiendum ex bonis contrafacientis, si erunt, et si non erunt ex bonis Dominij nostri; et presens deliberatio debeat proclamari per preconem ad loca consueta.

(Capitoliar Primo, *Provveditori alla Sanità*, 1485-1574, carta 43 verso).

59.

MCCCCLXXXVIII. Die XXX Julij. *In Consilio X cum Additione.*

Capita.

1488
30 Luglio

Ist ecclesia et monasterium novissime elevatum in contrata sancti Samuelis sub titulo et nomine sancti Rochi et sancte Margarite omni favorabili et devoto juvamine confereatur, ut divinus cultus cum honore Dei augeat in hac civitate, eapropter;

Vadit pars, quod nobili mulieri Fiordelixe Georgio, ita supplicantis (A) concedatur quod elevare possit unam scolam parvam, et tam marium quam feminarum devotarum sub titulo sante Margarite in ecclesia predicta non possendo aliquo modo nominari sanctum Rochum.

De parte 13 — De non 2 — Non sincere 1

(Registro 24, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1488-1490, carta 6 verso).

(A)

1488. Die XXV Julij. *Supplicatio domini Floredelicis Georgio pro Schola Sancte Margarite in Sancto Samuele.*

Cussi come el monestier de san Roco et sancta Margarita che nuovamente se fabrica in la contra de san Samuel **dove era el postribolo** per honor de Dio et gloria di questa inclita cita: cussi rasso- nevolmente quello die esser honorado et sufragado volentiera da tuti et pero io Fiordelixe Zorzi alli piedi de vostre excelencie Signori Cavi de X suplico et domando de gratia che per le degnissime Signorie Vostre me sia concesso poter far una scuola da done devote de sancta Margarita et de homini in quel luogo a honor et gloria de quelli gloriosi santi.

(Filza 2, *Parti Miste Consiglio de' Dieci*, 1488, da Luglio a Febbraro *more veneto*).

60.

MCCCCLXXXVIII. Die XXII Maij. *In Consilio X cum Additione.*

Capita.

1489
22 Maggio

Cum per estimatione secundo factam fieri per Capita huius consilij per peritos in similibus estimatores de fabricis et melioramentis factis in domo que fuit de cha Inzegnier alias empta per virum nobilem ser Joannem Valaresso quondam ser Georgij ad quem estimationem idem ser Joannes intervenit presente etiam Francisco Inzegner cuius fuit ipsa domus, recognitum fuit multo bene quanta intervenerit expensa per illum ser Joannem facta in predictis, et propterea sit tam imponendus talis finis hinc ici, quod amplius non veniat in disceptationem: imo quod ipse ser Joannes plus quam contentari.

Vadit pars, quod ultra sortem capitalis sive pretij domus predictae, quod fuit ducatorum mille eidem ser Joannem restituendum reficiantur et dentur etiam eidem ducatos ducenti

nomine omnium expensarum et melioramentorum predictorum quoquo modo factorum in eadem et pro eadem domo.

Verum per Capita hujus consilij mandetur eidem ser Joannem ut omnino presentare debeat ipsis capitibus tellarium continens designum omnis terre sancte et aliorum locorum quod emerat et comprehensum fuit in pretio domus predictae juxta relationem suprascripti Francisci Ingeniarij.

Et non possit presens pars revocari vel suspendi, vel veniri ad hoc consilium pro dando illi ser Johanni plus eo, quod superius dictum est, occasione dicte domus vel melioramentorum vel aliter sub omnibus penis contentis parte huius consilij et tamen pars que poneretur non intelligatur capta nisi habuerit XVII ballotas huius consilij.

Ceterum quia indignum et dedecorosum est et nullo modo sopportandum: Quod in tabernis et domunculis vicinis palatio nostro et habitationi Serenissimi Principis nostri **inhabitent meretrices publicum questum facientes**, Captum etiam et ex nunc provisum sit: **Quod aliqua meretrix publica non possit stare vel questum facere subtus tabernas positas ultra pontem a palea, nec in istis calibus vicinis palatio habitationis Serenissimi principis nostri ab calli a rasia citra**, sub pena patronis domorum vel apothecarum vel hospitiorum ducatos centum auri pro quolibet contrafaciente et afflictante domos vel stationes suas predictas, et sub pena ipsis meretricibus frustationis circum circa cales ipsas, et non possit presens pars revocari, suspendi vel in contrarium provideri sub omnibus penis et stricturis contentis et expressis superius.

De parte 13 — De non 2 — Non sincere 0

(Registro 24, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1488-1490, carta 78).

61.

MCCCCLXXXVIII. Die XXVIII Julij. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Petrus Donato
Ser Marcus Bragadino
Ser Franciscus Fuscarenno } *Capita.*

Cum per ea que habentur **reperiautur scripti pro custodibus sub Capitaneis nostris platae Sancti Marci** et rivoalti et officiorum nostrorum de noctis et Capitum Sexteriorum ac Quinque a pace, **multi ruffiani** qui nullo modo non stant bene in huiusmodi officijs, quam sicuti per experientiam videtur sub huiusmodi libertate deferendorum armorum committuntur multas rixas et scandala. **Sunt etiam multi ruffiani** qui licet non sint officiales habet tamen licentiam armorum portandorum ab habentibus libertatem ab hoc consilio dandi tales licentias nescientibus illos esse personas talis sortis, ad quod cum si sit providendum.

Vadit pars, **Quod omnes ruffiani qui scripti forent** cum aliquo ex Capitaneis nostris predictis, ex nunc auctoritate huius Consilij cassetur, et omnino removeantur a talibus officijs: et de cetero non possint assumi vel acceptari ad aliquod dictorum officiorum et tam per custodia diurna quam nocturna, sub pena cuilibet ruffiano intranti in illis, standi per menses sex in carcere clausus, et solvendi libras quinquaginta que sint accusatoris, et Capitaneis illos tenentibus vel operantibus in dictis custodibus diurnis vel nocturnis librarum CC.

1489
29 Luglio

parvorum quam medietas sit accusatoris et alias medietas sit Advocatorum nostrorum communis, quibus executio presentis ordinis commissa sint sine alio Consilio.

Licentie vero armorum de cetero alicui predictorum ruffianorum dari non possint tam per habentes libertatem in dandi licentias ab hoc consilio, quam per aliquod officium huius civitatis, et jam date ex nunc casse et nulle intelligantur et sint, et si darentur non teneant nec valeant, et nihilominus condemnentur per officiales nostros noctis et sexteriorum ac si licentias ipsas non haberent.

De parte 15 — De non 0 — Non sincere 0

(Registro 24, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1488-1490, carta 91 verso).

62.

MCCCCLXXX. Die XXIII Martij. *In Rogatis.*

Sapientes Consilij.

1490
23 Marzo

Expedit pro universali salute et utili totius civitatis dare modum et efficere ut tres **Provisores** deputati super sanitate terre **exercere possint eorum officium absque ullo respectu** et ob preces que eis fieri possent non retardetur aliqua exequutio per eos fiende. Iccirco, Vadit pars quod de cetero aliquis quicumque fuerit, **non audeat pro aliqua re officij rogare suprascriptos provisos** vel aliquem eorum sub pena ducatorum centum auri ad soldos 124 pro ducato. Et si fuerit nobilis notetur pro debitore super libris qui tenetur ad pedes dominij, nec probari possit ad aliquod officium quousque integre satisfecerit. Si vero fuerit popularis baniatur ex insula sancti Marci et Rivoali quousque integre satisfecerit. Quo quidem omnes pecunie vadant ad Arsenatum nostrum et teneatur prefati Provisores nostri sub debito sacramenti manifestare Serenissimo Principi et Illustrissimo Dominio omnes illos qui eos rogassent.

De parte 145 — De non 5 — Non sincere 2

Die XXIII Martij. Fait publicata suprascripta pars super scalis Rivoali per Baptistam Preconem dictante me Jo. Francisci de benedictis notario.

(Registro 11, *Senato Terra*, 1490-1492, carta 4 verso; e Capitolar Primo, *Provveditori alla Sanità*, 1485-1574, carta 1 verso).

63.

1490. 24 Marzo. *In Rogatis.*

1490
24 Marzo

Cum ex varijs personis officio nostro denunciatum sit quod **meretrices in variis huius urbis locis habitantes** sunt maxima causa infectionis propter conversationem quem ibi faciunt tam infecti quam alij, quia non solum infectos domis recipiunt verum si aliquid est domi clam retinent ne domibus expellantur quo tempore sine aliquo respectu omnes domi recipiunt. Propterea quod magis obrobriosum est stantes in proprio corpore urbis efficiunt propter mala exempla que alijs prebent quod multe se se huic obrobrioso victu exponunt. Propterea, vadit pars quod omnes **iste publice meretrices hoc exercitium facientes** mittantur ad standum et habitandum et sic ire debeant ad loca publica constituta

sub pena viginti quinque ferrularum et standi menses sex in carceribus et solvendi libras centum, que dividantur ac dividi debeant inter denunciatores et officiales nostros.

De parte 125 — De non 2 — Non sincere 5

(Notatorio 1, *Provveditori alla Sanità*, 1475-1508, carta 5 verso e 6; Capitolare Primo, *Provveditori alla Sanità*, 1485-1574, carta 44; e Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 76).

64.

La Illustrissima Signoria comanda a vui Magnifici Signori Cavi de sestier che V.^e M.^e in tuto et per tuto **exeguir debino la parte prexa circa le putane ruffiane et ruffiani** qual a vui fo sta remessa de ordine de la prefatta Illustrissima Signoria et de li Signori deputadi alla Sanità: et quelli troverete disobediente condanarete juxta la continentia di essa parte et termination et cussi etiam nui deputati alla Sanità ex officio nostro pregemo le voglia cum ogni effecto far che la intention de le predette, V.^e M.^e, et etiam quella della Illustrissima Signoria sia eseguita.

1490
24 Marzo

(Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 76 verso).

65.

Provisores deputati super Sanitatis.

MCCCCLXXXX. Die XXX Martij.

Magnifici Domini prefati cum ex deliberatione et vigore Consilij Rogatorum determinatum firmatum et statutum fuerit, quod omnes publice meretrices debeant ire habitatum ad loca publica: Comparente coram officio **magistro Henrico Squamica Stuffario in capite plathee** petente an **Stuffa sua intelligi debeat locus publicus**, omnibus mature consideratis determinant statuunt et decernunt quod **locus stuffe intelligi debeat locus publicus in quo stare et habitare debeant absque respectu omnes publice meretrices.**

1490
30 Marzo

(Notatorio Primo, *Provveditori sopra la Sanità*, 1485-1508, carta 6 verso).

66.

1490. 7 Maggio.

Prefacti Magnifici Domini cum ex deliberatione consilij Rogatorum captum et statutum sit quod omnes meretrices stantes in publicis locis huius Civitatis debeant ire ad standum et habitandum ad Rivumaltum et ruffiani et ruffiane debeant ire inducti habito giallo, ut ab omnibus dignoscantur: et postea ex deliberatione illustrissimi Dominij et etiam officij nostri huiusmodi executio missa fuit ad Dominos noctis et ad Capita sexteriorum, ut contra delinquentes legem exequi possint. Quapropter ut cum maiori studio et cum officium suum exercere possint et legem decretumque prefacti Consilij exequi

1490
7 Maggio

deliberant, determinant et statuunt, quod ex condemnationibus extrahendis ab dictis meretricibus, ruffianis et ruffianis feminis, debeant dividi inter prefactos Dominos ad quos denuntia facta fuerit et denuntiatores.


(Capitolare Primo, *Provveditori alla Sanità*, 1485-1574, carta 44).

67.

MCCCCLXXXX. Die ultimo Augusti. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Daniel Bragadeno
 Ser Joannes Mauroceno
 Ser Hieronymus Bernardo } *Capita.*

1490
 31 Agosto

 quod istud mandatum quod sub nomine capitum huius consilij apparet factum per Antonium Tresam preconem nostrum sub die VII Julij 1489, directum officialibus nostris noctis et in eorum officio notatum, per quod intercetera mandatum fuit et est, **quod hospites hostiarum apud panatarias plathee Sancti Marci**, sub pena ducatorum centum in suis bonis, **non tenerent aliquam meretricem sub pena adjuncta meretricibus** si se reperiri in eisdem permiserint librarum vigintique et immediate frustigationis circum circa ipsa hospitia. Et per quod mandatum excludit, **et non comprehenditur hospitium Capelli** super plathea sancti Marci et hoc sub pretextu deliberationis huius Consilij, tanquam mandatum sive potius relatio male intellecta, et penis relata dictis dominis de nocte, quam pena predicta ducatorum centum hospitibus plathee sancti Marci, et meretricibus agentibus in eisdem de libris vigintique et frustigationis, per deliberationem tunc temporis factam per hoc consilium, non se extendit nisi ad hostarias ultra pontem a palea tantum: per partem vero huius consilij 1458 die XXIII augusti (a) bene prohibitum est, quod in tabernis et hostariis sancti Marci meretrices non possint se reducere de die neque de nocte sub pena tabernario acceptanti aliquam earum ducatos decem nunc penitus annuletur et revocetur: firmis et in observantia remanentibus ordinibus huius consilij 1458 et 1489 suprascriptis qui mandentur observari per dominos noctis. Et quibus mandetur ut **tam in omnibus ospitijs positis super plathea sancti Marci apud panatariam et frutarias, quam in hospicio Capelli** nullatenus permittantur stare aliquam meretricem sicuti fuit intentio huius Consilij, et hoc sub pena hospitibus contrafacientibus ducatorum decem pro qualibet vice, ut in parte suprascripta hoc addito, quod meretrices, que ad ipsas se reducant contra intentionem eiusdem partis fustigentur circum circa ipsas hostarias.

De parte 13 — De non 1 — Non sincere 1

(Registro 24, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1488-1490, carta 174).

(a) Veggasi il N. 41.

MCCCCLXXXII. Die XIII Junij. *In Consilio X cum Additione.*

Serenissimus Dominus Dux

Consiliarij omnes

et Capita.

Bxpurganda est hec civitas hoc perniciosissimo et scandalosissimo genere hominum cuiusmodi sunt **lenones** qui facta inter se adunatione et secta, infestant et turbant civitatem hanc committendo tam de die quam de nocte rixas, percusiones, violentias et homicidia et multa alia malorum genera non sopportanda, eapropter;

1492
13 Giugno.

Vadit pars, quod auctoritate hujus Consilij captum et provisum sit: Quod omnes **Lenones**, nemine sit qui esse velit excepto, **debeant infra terminum dierum trium proximorum exivisse de venetiis et districtu**, quo termino elapso si permiserint se amplius reperiri in venetiis et districtu et capientur et carceribus nostris presentabuntur, stare debeant per annum in carcere forti clausi: et deinde remittantur ad banum et solvant capientibus libras centum parvorum pro quolibet capto, et si non esset solvendo, solvantur de denarijs dominij nostri et tamen non exeant de carcere nisi solverint quantum dominium nostrum solvit per ipsis: et hoc totiens observetur quotiens contrafecerint: et non possit predictis fieri gratia nisi per omnes ballottas huius Consilij congregati ad perfectum numerum XVII.

Verum ut predicti habuerint causam omnino obediendi ex nunc captum sit: quod si meretrices quas ipsi lenones tenerent accusarent sive accusari facerent Officio noctis lenones suos, qui non exivissent de hac civitate et non ivissent ad suum confine habeant libras centum de boni accusati, et ulterius libere et absolute ex toto remaneant ab omni obligatione et debito quod cum ipsis lenonibus eorum habent.

Insuper provisum et statutum sit: Quod salvis et reservatis omnibus ordinibus huius et aliorum consiliorum super armis non portandis sine licentia, et salvis penis in illis statutis irremisibiliter exequendis per officium noctis et capitum sexteriorum contra illos quibus reperuntur. De cetero nemo sit qui esse vellit non possit tam de die quam de nocte portare arma sine fodro vel ad medium fodrum sub penis per ordines nostros statutis irremisibiliter exequendis contra presumentes contrafacere. Et si illi tales haberent licentia armorum nihil eis in his casibus valeat, sed condemnari possint et debeant per officia per quorum officiales inventio facta fuerit, non secus ac si nullam licentiam haberent.

Et committatur executio presentium ordinum Capitibus huius consilij et Advocatoribus nostris comuni et unicuique ipsorum qui possit et valeat et debeant illam exequi contra presumentes contrafacere in predictis sine alio consilio.

Et publicetur in scalis nostris Rivoalti et Sancti Marci.

De parte 17 — De non 0 — Non sincere 0

(Registro 25, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1491-1492, carta 99).

MCCCCLXXXII. Die XV Junij. *In Consilio X cum Additione.*

**Quod pars capta in hoc Consilio contra lenones
videlicet die XIII (a) instantis in hunc modus.**

Ser Joannes Marcello
Ser Joannes Mauroceno
Ser Antonius Tronus } *Capita.*

1492
15 Giugno

Dxpurganda est hec civitas hoc perniciosissimo et scandalosissimo genere hominum cuiusmodi sunt **lenones** qui facta inter se adunatione et secta infestant et turbant civitatem hanc, committendo tam de die quam de nocte rixas percussiones, violentias et homicidia, et multa alia malorum genera non supportanda, eapropter;

Vadit pars, quod auctoritate huius consilij captum et provisum sit, Quod **omnes lenones**, nemini excepto et sit cuiusque gradus et ordinis esse velit, **debeant infra terminum dierum trium** ab die publicationis presentis partis connumerandorum **exivisse de venetijs et districtu**: quo termino elapso si permiserint se amplius reperiri in venetijs et districtu et capti fuerint stare debeant per annum in carcere forti clausi, et deinde remittantur ab banum suum predictum et habeant qui illos ceperint libras centum parvorum pro quolibet dictorum lenonum capto et presentato, et si dicti lenones non essent solvendo solvant denariis talee suprascripte de pecuniis dominij nostri et tamen non excant unquam de carcere quoadusque satisfecerint dominio nostro quantum ut supra pro eorum captura solverit et hoc totiens observetur quotiens contrafecerit. Et non possit predictis fieri gratia nisi per omnes ballottas huius consilij congregati ad perfectum numerum XVII. Et qui accusaverit aliquem ex dictis lenonibus qui non exissent et obedirent presenti ordini, sic quod per ejus accusationem veritas habeatur, habeat libras centum de bonis cuiuslibet accusati solvendas ut supra et teneatur secretus.

Meretrices vero quas predicti lenones hucusque habuerunt sive tenuerunt sub se et de quorum questu vixerunt, ultra multas strasias et verbera quas in illas miserabiliter commiserunt ut huic consilio lectum est, **remaneant cum omni suo havere denarijs et vestimentis, suppeletilibus et rebus omnibus, quas haberet apud se, ex toto libere et franche ab omni obligatione et debito**, quam et quod cum dictis suis lenonibus habuissent vel haberent, sic quod nullo umquam tempore per ullum iudicium tam in hac civitate, quam in aliqua civitate, terra vel loco nostro de extra non possint propter ea molestari, requiri vel aliquod ius vel subventio alicuius sortis fieri in favorem predictorum lenonum contra ipsas meretrices ullo modo qui dici vel excogitari possit. Et hic ordo se se extendat et intelligatur tam ad presentes lenones, quam ad eos qui in posterum in hac civitate et districtu dederint se se huic detestabili exercitio, tam pro predictis quam pro infrascriptis.

Verum ut dicti rufiani priventur omnimode quod non possint unquam in posterum portare amplius arma alicuius sortis in hac urbe nostra et considerato quod pro possendo reverti Venetias, possint diimittere lenocinium, et facientes se scribi pro officialibus cum capitanei platearum rivoalti et sancti Marci vel aliorum officiorum huius civitatis, et sub tali pretextu reassumerent et defferent arma, ex nunc captum et provisum sit; quod aliquis ex presentibus rufianis tam per presentem ordinem exire debent de hac civitate,

quam illi qui de cetero ex tali causa per presentem ordinem exissent et reverterentur ob depositum lenocinium, non possint tamen toto tempore vite sue acceptari vel scribi sub aliquo Capitaneo nostro platearum sancti Marci et Rivoalti pro officiali vel soto, nec in aliquo alio officiorum nostrorum et tam per terram quam per aquam in hac urbe nostra et toto ducatu quocumque nomine, sub pena, capitaneis predictis capitibus custodiarum et aliis quibuscumque qui illos vel aliquem ipsorum haberent scriptos sub se, immediate et perpetue privationis ab officio quod haberent. Non possint etiam habere licentiam armorum, et si haberent non valeant sibi ullo unquam tempore. Ipsi vero lenones contrafacientes incurrant in penam standi per annum unum in carcere forti et solvant libras centum que sint accusatoris, per quem veritas haberetur, solvendas modo et ordine quibus de alijs superius dictum est. Pro quibus penis solvendis possint etiam dicti olim lenones compelli quando sic foret opus ubique locorum nostrorum. Et committatur executio presentis partis Capitibus hujus Consilij, Advocatoribus nostris Communis et unicuique ipsorum qui possint et debeant illam exequi contrafacientes in predictis absque alio consilio.

Provisum insuper et statutum sit : Quod salvis et reservatis omnibus ordinibus huius consilij et aliorum consiliorum nostrorum super armis non portandis sine licentia et salvis penis in illis statutis irremisibiliter exequendis per officiales nostros noctis et Capitulum sexteriorum et Officialium quinque a pace contra illòs quibus reperirentur. **De cetero nemo sit qui esse velit non possit in hac urbe nostra tam de die quam de nocte portare arma sine fodro, vel ad medium fodrum sub penis statutis contra illos qui extrahunt arma contra aliquem irremisibiliter exequenda.** Et si fortassis illi tales haberent licentiam portandorum armorum, illa nihil in his casibus sibi valeat, sed condemnari possint et debeant per officiales per quorum custodes inventio ipsa facta fuerit non secus ac si nullam haberent licentiam. Et predicta publicetur in scalis rivoalti et in platea sancti Marci, et ponatur tam in capitulari Officialium de nocte quam Capitulum sexteriorum, quam Officialium quinque a pace.

De parte 13 — De non 2 — Non sincere 0

Die 16 Junij 1492 publicata fuit per Nicolaum Fabrum in S. Marco, et per Rubeum preconem in Rivoalto. — 1497 die 24 Julij publicata.

(Registro 25, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1491-1492, carta 99 verso e 100; Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 96 e 97 verso).

(a) Veggasi il Doc. precedente N. 67.

70.

MCCCCLXXXII. Die XX Junij. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Joannes Marcello
Ser Joannes Mauroceno } *Capita.*
Ser Antonius Trono

Ut Moniales Sancte Margarite et Sancti Rochi apud Sanctum Stefanum **sicuti non habebant vicinas meretrices**, ita etiam non habeant **pauperis brubantes** pessime vite et qualitatibus, a quibus incessanter infestantur maledictis et inhonestis operationibus, sed restent libere sicuti convenit serventibus Deo :

1492
20 Giugno

Vadit pars, quod auctoritate huius consilij captum et firmiter deliberatum sit, quod in domunculis circumstantibus dicto monasterio et ecclesie **habitare non possint burbantes seu mendici alicuius conditionis**, et sic licentiari debeant sub pena standi duos menses in carcere et frustigationis circa dictas calles et solvendi libras decem parvorum denuntiantibus vel capientibus contrafacientes et committatur executio presentis partis Officialibus de nocte et Capitibus sexteriorum.

De parte 15 — De non 2 — Non sincere 0

1506. Die 4 Julij publicata per Pasqualinum Grasso preconem.

(Registro 25, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1491-1492, carta 100 verso).

71.

MCCCCLXXXII. Die XXX Junij. *In Consilio X cum Additione.*

Capita.

1492
30 Giugno

Expulsis et exterminatis lenonibus ab hac civitate nostra venetiarum et toto districtu per partem superioribus diebus captam in hoc consilio reliquum est: ut ad tolendum illis omnem excusationem sive interpretationem primi ordinis suprascripti **prestituatur et prescribatur eis certus terminus huius sui exilij et exterminationis**, ea propter; Vadit pars quod auctoritate huius consilij captum et declaratum pariter sit: quod si dicti lenones et tam qui exiverint quam qui in posterum exirent pro obedientia et executione dicte partis permiserint se reperiri in venetiis vel districtu per annos duos ab die exitus eorum conumerandos et si capti fuerint subiaceant penis contentis in prima parte suprascripta: videlicet quod ponantur in carcere nostro forti venetiarum ubi habeant stare per annum et solvant libras centum parvorum capientibus et remittantur postmodum ad banum suum duorum annorum suprascriptorum: et si secunda vice contrafacere bano bienali presunserint cadant in penam bani per quinquenium de venetiis et districtu: et si contrafecerint bano et capti fuerint subiaceant suprascriptis penis et carceris et pecunie, et hoc totiens quotiens sicque stent annis quinque continuis in bano. Utque de contrafacientibus intelligi semper possit captum etiam et additum sit: **Quod si meretrices vel femine quas hic venetiis tenebant** vel tenerent non accusarent dictos suos lenones contrafacientes bano predicto incurrant et incurse esse intelligantur in illis ipsis penis, quas ut supra incurrunt lenones ipsi, standi videlicet per annum in carcere mulierum et solvendi libras centum que sint accusatoris per quem veritas facti habentur, solvendas de pecuniis dominij nostri si non esset solvendo: sed non exeunt de carcere donec solverint quantum dominium solvisset pro eorum accusatione et captura. De predictis vero penis omnibus non possit fieri gratia donum remissio etc., nisi per omnes ballotas huius consilij congregati ad numerum 17.

Die III Julij 1492 publicata in Scalis Rivoalti per Petrum Rubeum preconem. — 1497 die 14 Julij publicata.

(Registro 25, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1491-1492, carta 106 verso).

MCCCCLXXXII. Die XVII Septembris. *In Consilio X cum Additione.*

Capita.

Provisiones per hoc consilium facte superioribus mensibus ad **estermiandos lenones** sunt per bono civitatis nostre manutenende in observantia pro honore et reputatione hujus consilij quod sic deliberavit et nullus appareat opportunior modus quam infrascriptus, eapropter :

1492
17 Settembre

Vadit pars, quod firmis in omnibus et per omnia remanentibus deliberationibus ipsis in totum et per totum prout stant pro quanto ad alia pertinet, ex nunc provisum sit quod **executio eorum ordinum** formatio processuum et condemnatio **committatur et commissa intelligatur et sit officialibus nostris de nocte, capitibus sexteriorum et officialibus nostris quinque a pace** quibus primo facta fuerit accusa, quibus expresse mandetur et injungatur per capita hujus consilij presentia et futura **ut ordinem ipsum de lenonibus** exactissime observent tenendo hanc civitatem mudam et liberam ab tali sorde hominum scandalosorum et periculosorum, et habeant illi ex dictis officialibus dictorum trium officiorum pro unoquoque ipsorum lenonum capto et condemnato ad legem libras centum et alie centum sint illius vel illorum qui illos et quemlibet ipsorum experint et carceribus nostris presentaverint, solvendas de bonis lenonis contrafacientis dictis nostris ordinibus, et si non esset solvendo, habeant dicti officiales condemnantes et exequentes dictos nostros ordines libras centum de pecunijs dominij nostri, quarum quinquaginta sint illius vel illorum qui illum ceperint et alie libre quinquaginta sint dominorum illius officij condemnantis. Verum non exeant dicti tales de carcere nisi prius satisfacto dominio nostro de tanto quanto pro ipsis exbursasset, nec possint lenones retentis ut supra vigore processum sine licentia et scitu huius consilij relaxari. Appellatio vero a predictis sententiis sive captura develluntur ad Advocatores nostros comunis: qui tamen Advocatores non possint aliquid retractare ad favorem predictorum sine licentia huius consilij.

Ut que notarij dictorum trium officiorum reddantur diligentiores res informatione processuum contra dictos lenones habere debeant unum ducatum pro qualibet processu quem formaverint contra dictos lenones, qui reperti culpabiles ut supra eriperentur et condemnarentur de bonis condemnati.

De parte 15 — De non 1 — Non sincere 0

Missæ fuerunt exempla tribus officijs.

Nota in margine { *Nota quod Polidorus Cerdo accusatus per ruffiano et non repertus in culpa et per dominos de nocte judicatus non subiacere legi, fuit liberatus de mandato dominij et capitum consentiente Consilio X et fuit mandatum ita debeat observari in alijs qui per domini de nocte judicati fuerint non subiacere legi quod videlicet alijsque consilio dicere liberentur et relaxentur.* } *Revocata.*

(Registro 25, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1491-1492, carta 124).

73.

Die 19 Septembris 1492.

1492
19 Settembre

uia ad aures nostras **multa nefanda facinora ac inhonestates que fiebant per meretrices nostras Rivoalti** que ivunt per totam civitatem venetiarum cum multis personis male conditionis et fame comitantur multa scandala in maximo dedecus officij nostri et quia accipiebant licentias suas a capitibus custodijs et ipsis custodis absque ulla intelligentia officij nostri quod est malefactum pro exemplo aliorum et dignum est provideri.

Unde infrascripti Domini Capita Sexteriorum ad busullos et ballotas de cetero et in futurum statuerunt et terminaverunt quod nemo predictorum Capitem custodes et officialium modo aliquo vel ingenio non possint nec debeant (a)

(Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 92).

(a) Rimanendo a questo punto così sospesa tale terminazione, mancante cioè del finale e delle sottoscrizioni è da ritenersi sia stata annullata.

74.

MCCCCLXXXIII. Die X Junij. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Marcus Barbo
Ser Baldasar Trivisano } *Capita.*
Ser Antonius Tronus

1494
10 Giugno

t lenones pessimus et scandalosum hominum genus restent in continuo terore nominis huius consilij, et consequenter habeant timorosam causam in non redeundo ad committendum solita maleficia, eapropter;

Vadit pars, quod parti postremo capte in hoc consilio 17 septembris 1492 (a) per quam executio ordini captorum in hoc consilio ad **exterminandum ipsos lenones**, et formatio processum et condemnatio contra eosdem commissa fuit et est Officialibus nostris de nocte; Capitibus sexteriorum et Officialibus quinque a pace etc. Appellatio vero devolvitur ad Advocatores nostros comunis, qui tamen sine hoc consilio nihil possint facere ad favorem dictorum lenonum etc. addatur quod salva nihilominus semper intelligatur esse et sit libertas Capitem hujus consilij in casibus qui sibi viderentur possendi assumere in hoc consilium et facere quantum judicaverint convenire pro bono et honore civitatis.

Et quoniam terminatio, que apparet facta per dominium nostrum cum capitibus huius consilij et est subnotata parti predictae per quam declaratum fuit quod illi quos predicti officiales nostri judicaverint non subiacere ordinibus huius consilij contra lenones, possint illos omnes licentiare sine situ huius consilij etc. importat disordinem ordinum predictorum uti modo declaratum est; eapropter ex nunc captum et provisum sit, Quod illos quos judicaverint de cetero officiales predicti non subiacere partibus contra lenones, non possint relaxare vel aliter liberare, nisi prius presentaverint capitibus huius consilij processum super inde formatos et per illos iudicatum fuerit bene iudicatum.

De parte 14 — De non 1 — Non sincere 0

(Registro 26, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1493-1495, carta 87 verso; e Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 98).

(a) Veggasi il N. 42.

75.

*Mandatum dominorum Advocatorum Comunis.*Die XI Februarij 1494 (*more veneto*).

Retulit Matheus Simeonis famulus dominorum Advocatorum Comunis mandato videlicet domini Leonardi Grimani dignissimi Advocatoris: Quatenus Domini Capita Sexteriorum debeant observare et adimplere **Leges ad unquem disponentes circa meretrices que solite erant habitare in postribus Rivoalti** secundum continentiam et dispositionem ipsorum Legum, et hoc sub penis et stricturis in ipsis Legibus contentis.

1495
11 Febbraro

(Capitolare de' Signori di Notte al Civil, carta 96).

76.

Mandatum dominorum Advocatorum Comunis.

Die 3 Septembris 1495.

De mandato Domini Leonardi Grimani dignissimi Advocatoris Comunis: Quatenus Domini Capita Sexteriorum debeant observare terminationem factam circha **meretrices que solite erant commorari in Rivoalto** quod recesserunt et tenent meretriciam per contratas et hoc commisit mihi notario referre ut ita debeam.

1495
3 Settembre

(Capitolare de' Signori di Notte al Civil, carta 96).

77.

MCCCCLXXXVI. Die XII mensis Martij. *In Consilio X consulente Collegio.*

Ser Joannes Marcello
Ser Antonius Boldu eques } *Capita.*
Ser Aloijsius de Molino

Ut clementiam et benignitatem omnipotentis Dei erga nos et statum nostrum conservemus et augeamus medio justitie et immitando sanctissimos et honestissimos mores progenitorum nostrorum, adhibenda sunt omnia studia et remedia possibilia ut **nefandissimum et horrendum vitium et crimen sodomie in hac civitate extinguatur et deleatur**, quod est contra propagationem humani generis et provocationem ire Dei super terram.

1496
12 Marzo

Vadit pars: quod ut veniatur in lucem committentium eiusmodi scelestissimum peccatum, omnibus et quibuscumque accusatoribus sodomitarum, si per eorum accusationem veritas facti reperiretur dentur talee pecuniarie statute per formam legum Consilij decem, que leges firme et in suo robore permaneant.

Capitanei autem consilij decem ut tenetur ex officio suo debeat ire per civitatem cum socijs suis et spijs secretis de die et nocte per terram, et Capitanei barcarum hujus consilij per aquam et inquirere sodomitas et pueros patientes et illos quos invenerint dispares etate

et in locis suspectis et suspectos criminis sodomie capere debeant et conducere ad carceres nostros, ut super illis fiat debita punitio et justitia. Et vadant etiam **inquirendo tales scelestos sodomitas per voltas, magazenos, bastitas, scolas, omnes porticus, domos scaletariorum, tabernas, postribula, domos meretricum**; et illos quos in locis suspectis et dispares etate, ac suspectos de tali crimine invenerint capere debeat et carcerare ad requisitionem capitum Consilij decem et singulo die se presentent et dicant omnia que invenerint, sciverint et audiverint: et habeant Capitanei statutas taleas pro sodomitis captis, secundum ordines Consilij decem: et propter hoc non sit erepta facultas alijs Capitaneis et Capitibus custodum inquirendi ut supra.

Verum quum **lenones puerorum et feminarum in vitio sodomie** tam mares quam femine suis suasionibus pollicitationibus et premijs dant causam scelestissimo crimini et augent illud, statutum sit quod ipsi lenones tam mares quam femine incurrant eandem penam quam incurrerent sodomite, si per eorum lenocinium erunt causa quod aliquis puer vel feminam sodomitetus. Et qui accusabit huiusmodi lenonem, vel lenones mares vel feminas, ita quod per eius accusationem veritas facti habeatur, habeat denariis accusati, et si non erit solvendo de denarijs dominij nostri, libras quingentas parvorum et teneatur de credentia, et tamen inquiratur contra eos ut puniantur et disperdantur.

Barbitonsores sive medici aut alij qui medentur pueris aut feminis qui vel que patientur ex sodomio teneantur et debeant venire illa die vel die sequenti ad Capita consilij decem, et dare in nota puerum vel feminam, quem vel quam habebunt in cura, sub pena librarum quingentarum parvorum et standi menses sex in carcere et non possint exercere artem medicine in venetiis et si fuerit accusator per quem veritas habeatur habeat libras trecentas de denarijs condemnationis medici condemnati.

Tentatores puerorum et feminarum in detestando vitio sodomie puniantur ad exilium vel carcerem, sicut consilio X videbitur qualitati scelerate tentationis quam fecerint.

Collegium vero consilij decem deputatum super sodomitis teneatur et debeat se frequenter reducere in camera tormenti pro examinandis pueris patientibus et sodomitis ac aliis et pro inquirendo veritatem et tormentando et retineri faciendo, ut justitia habeat locum suum contra committentes tam abhorendum peccatum omnipotenti Deo infensum.

Et quoniam Lucas Rosso capitaneus consilij decem est senio confectus, ut possit bene fieri officium et inquisitio predicta captum sit, quod elligatur alius capitaneus consilij decem cum salario ducatorum sex in mense solvendorum per officium salis, qui etiam habeat facere inquisitionem predictam, et mortuo Luca Rosso succedat in eius locum et cesset salarium dicti Luce; qui capitaneus modo elligendus habeat illos sotios qui sibi dabuntur per hoc consilium, et habeat idem capitaneus taleas sodomitarum quos per sua industria capiet, que statute sunt per ordines nostros: et publicetur hec pars in primo maiori consilio et in scalis rivoalti.

De parte 15 — De non 1 — Non sincere 0

Publicata in majori Consilio et in scalis Rivoalti per Baptista de Luca preconem. — 1500 XXX augusti publicata in majori Consilio.

(Registro 27, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1495-1498, carta 11 verso).

78.

1498. 5 Septembris.

Gonzosia che per diverse vie sia pervenuto a notitia del officio di provedadori de la Sanità che in questa nostra cita **sieno venduti oglii tristi** et de pessima sorte ne li quali sono sta dentro persone le qual hanno havuto et hanno mal franzoso per el qual suo star in dicti oglij se hanno trovato assai immunditie, broze et altre immunditie et sporchezi. Il che e cosa molto pericolosa et contra la salute de la cita nostra. Pero a tuti se fa a sapere che sel sara persona alcuna sia de che condiction et grado esser se voglia che ardisca ne presuma vender ne far vender simel oglij in alcun loco de questa nostra cita caza a pena de L.^o V.^c da esser immediate scosse senza alcuna remission ne gratia. Et sel sara schiav^o o schiava, che accusera tal persone vendente simel oglij, et che per la sua accusa se habi la verita, siano franchi et habino la mita de la stessa pena pecuniaria. Et sel sara fante over fantescha che sia scripti haver debino tutto el suo salario come se i havesseno compito el suo tempo, et habi anchora la mita de la pena pecuniaria da esser scossa di contrafazanti, se haver se ne potra, se non di denari de la Signoria nostra. El resto veramente de le dicte. L.^o V.^c vadino a beneficio di nostri lazaretti.

Ser Andreas Gradonico
 Ser Angelus Trivisano
 Ser Petrus de Priolis

} *Provisores super Sanitatis.*

1498
 5 Settembre

Publicata per Petrum Ricardi Preconem.

(Notatorio 1, *Provveditori alla Sanità*, 1485-1508, carta 49).

79.

Die 19 Decembris 1498.

Retulit Pasqualinus Preco de mandato spectabilium dominorum Capitum Sexteriorum in calli del figer (*Figher*) alta et preconia voce proclamasse sub hac verborum forma videlicet, Oldi (*a*) da parte et de commandamento di Magnifici Signori Capi de Sestier, **che tute le meretrice** habitante si al figer come in cadaun altro luogo in la isola de Rialto in termene de zorni do proximi futuri **debino vignir a presentarse al suo officio et darse in nota** in pena de Lire 25 et da esser frustade, le qual non possi partirse de l'isola de Rialto si de zorno come de nocte senza licentia de li dicti signori Cavi de sestier sotto le pene statuide ne li ordini de quelle meretrice stano et habitano in el Castelletto et postribulo de Rialto, le qual se intendano ad quella instessa condition.

(Capitolare de' Signori di Notte al Civil, carta 104 verso).

(*a*) Oldi per Aldi (*ascoltate!*).

1498
 19 Dicembre

Die XVIII Decembris 1498.

1498
19 Decembre

Retulit Pasqualinus Petri prece mandato spectabilium Dominorum Capitem Sexteriorum **in postribulis** alta preconia ac intelligibili voce proclamasse sub hac verborum forma: Videlicet, Oldi (a) da parte e de comandamento di magnifici Signori Capi de Sestier, **che tuti li hosti tavarnieri et qualunque altra persona** sia de che sorte et condition esser se voglia **che hanno a far con le meretrice publice** stanno et habitano in isola de Rialto **debino de mexe in mexe far le sue raxon de quanto i dieno haver** et presentari in l' officio suo cusì el dar come lo haver el qual debito non possi excieder per cadaun mexe la summa de ducati do secondo li ordeni sopra de zo (ciò) disponenti sotto le pene in quelli contegnude.

(Capitolare de' Signori di Notte al Civil, carta 105 verso).

(a) Oldi per Aldi (*ascoltate!*).Die X Januarij 1498 (*more veneto*).1499
10 Genuario

Infrascriptos dominos Capita Sexteriorum omnes sex concordis inteliectis viris nobilibus domino Francisco Mauro Petro Paulo et Lazaro Cabriel quondam domini Hieronimi petentibus et requirentibus suprascriptum proclama depenari et annullari itaque de cetero nullius existat valoris ac si factum non fuisset, **ex eoque domus a ficario non comprehenduntur nec extant in insula Rivoalti sed sunt in Contrata S. Apolaris** ut constat per eorum emptionem: et super hijs habita matura ac diligenti consideratione et consideratis considerandis vigore sui offitij terminatum fuit quod suprascriptum proclama cassetur depenetur et annulletur itaque de ceterum nullius existat valoris vel momenti ac si numquam factum fuisset.

*Capita Sexteriorum**Dominus* Bernardinus Bondimerio*Dominus* Johannes Franciscus Diedo*Dominus* Vincentius Venerio*Dominus* Johannes Notalis et*Dominus* Vincentius Gixi (*Ghisi*)*Dominus* Hieronimus Marcello.MCCCCC. Die XXVI Augusti. *In Consilio X cum Additione.**Ser* Petrus Mauroceno*Ser* Hieronymus Leono *eques* } *Advocatores Comunis.*1500
26 Agosto

Si videtur vobis per ea que dicta et lecta sunt, quod procedatur contra **Radam de Jandra meretricem et rufianam solita habitare in cali a ponte ab arcto** tenendo et receptando feminas meretrices juvenes in domo sua hortando et solicitando illas ad substenendum, sicut fecerunt sodomitium in personis carum, aliquam etiam ipsarum verberando propter hoc ut est dictum.

De parte 12 — De non 1 — Non sincere 1

<i>Ser Baldassar Trivisano</i>	} <i>Consiliarij</i>	<i>Ser Marcus de Molino</i>	} <i>Capita</i>
<i>Ser Lucas Geno</i>		<i>Ser Angelus Trivisano</i>	
<i>Ser Joannes Mauroceno</i>		<i>et Adorocatores Communis.</i>	
<i>Ser Petrus Contareno</i>			
<i>Ser Arimundus Bollani</i>			

Volunt quod **ista Rada** cras post nonam hora solita imponatur super uno solario in una plata cum qua a pone (*leggi ponte*) palee per canale majus cundo conducatur usque ad *Sanctam Crucem* uno precone ante ipsam tam per aquam quam per terram postea ut infra clamante manifestum culpi sue: Et ab *Sancta Cruce* per terram super uno solario sic quod videri ab omnibus possit conducatur in medio duarum columnarum, ubi super uno solario caput sibi a spatulis amputetur sic quod moriatur, et corpus suum ibidem comburatur sic quod in cineres revertatur.

De parte 10 — De non 0 — Non sincere 0

Ser Antonius Tronus Consiliarius.

Vult quod **dicta Rada** post nona hora solita conducatur in medio duarum columnarum ubi super uno solario caput a spatulis amputetur sic quod moriatur et corpus suum ibidem comburatur, sic quod in cineres revertatur.

De parte 1 — De non 0 — Non sincere 0

Ser Bartholomeus Victuri Caput.

Vult quod **ista Rada** finiat vitam suam in carcere, et si quo tempore de carceribus aufugerit et capta fuerit tam hic venetiis, quam ubique terrarum et locorum nostrorum conducatur huc Venetias et reponatur in carcere et qui illam ceperint habeant libras quingentas et hoc totiens quotiens.

De parte 2 — De non 0 — Non sincere 1

Die dicto (*XXVI Augusti* 1500).

Advocatores Communis.

Si videtur vobis, per ea que dicta et lecta sunt quod procedatur contra **Angelam Grecam cognominatam Gaio** pro his qui habentur contra eam, fecerit se sodomitari in domo **Rade de Jadra meretrices rufiana** et consuluerit aliquam ex aliis meretricibus in eadem domo ad substinendum sodomicium pro captando maius lucrum, torturatam et confesam, ut est dictum:

1500
26 Agosto

De procedendo	5	8
De non	3	3
Non sincere	3	3

Volunt quod **ista Angela** cras imponatur super uno alio palo in illa ipsa plata ubi erit **Rada de Jadra** ad incuntrum illius, et postea ad *Sanctam Crucem* per terram pedes conducatur et constituatur in platea sancti Marci super uno palo ad oppositum solarij ubi habebit decapitari **Rada**, super quo solario habeat stare sic, donec fuerit completa justitia contra **Radam** predictam et postea baniatur per annos quatuor de venetiis et districtu, et si fregerit confine et capta fuerit frustigetur pro omni ruce a sancto Marco usque Rivoaltum deinde remitta-

tur ad banum et qui illa ceperint habeant libras centum solvendas per dominium si ipsa non esset solvendo, et hoc totiens quotiens.

De parte 10.

Ser Antonius Tronus Consiliarius

Ser Bartholomeus Victuri Caput.

Vult quod baniatur in perpetuum de Venetiis et districtu, et si quo tempore contrafe-
cerit bano et capta fuerit ponatur in carcere ubi habeat stare per annum unum, deinde re-
mittatur ad banum et hoc totiens quotiens: et qui eam ceperint habeant libras III.^c solven-
das de denarijs dominij nostri si ipsa non foret solvendo.

De parte 5 — De non 0 — Non sincere 0

MCCCCC. Die XXVI Augusti.

Advocatores Communis.

1500
26 Agosto

Si videtur vobis per ea que dicta et lecta sunt, quod procedatur contra **Anam fur-**
lana, que confessa est quod **in domo Rade de Jadra** et alibi passa est sodomitium ut
est dictum.

De procedendo 11 — De non 2 — Non sincere 1

Die dicto.

Ser Antonius Trono Consiliarius

Capita et Advocatores Communis.

1500
26 Agosto

Volunt partem contra dictam **Anam**, que modo capta est **contra Angelam Gaiam**,
cum hac additione: quod baniatur perpetuo ad confine sodomitarum.

De parte 4.

Ser Baldasar Trivisano

Ser Lucas Geno

Ser Joannes Mauroceno

Ser Petrus Contareno

Ser Dominicus Bolani

} *Consiliarij.*

Volunt contra istam unam partem modo captam **contra Angelam Gaiam** cum hac ad-
ditione: quod baniatur de venetiis per annos octo cum penis et stricturis partis Angele Gaie.

De parte 10 — Non sincere 0

Die XXVI Augusti.

Advocatores Communis.

1500
26 Agosto

Quod auctoritate huius Consilij **Marieta del heretino** nominata in **constituto An-**
gele nunc condemnate et ab ea inculpata quod in domo sua tenuerit **scolam sodo-**
mitij hominum cum feminis, debeat retineri, et per collegium deputatum examini,
debeat examinari et torturari pro habenta veritate, et cum eo quod habebitur veniatur ad
hoc consilium: Verum si perquisita haberi non posset publice proclametur in scalis Rivoalti

cum termino dierum octo ad quem si non comparuerit procedatur contra ipsam eius absentia et contumacia non obstante.

De parte 10 — De non 3 — Non sincere 1

(Registro 28, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1499-1501, carta 105, 105 verso e 106).

83.

MCCCCC. Die XXVII Augustij. *In Consilio X cum Additione consulente Collegio.*

Ser Bartholomeus Victuri }
Ser Angelus Trivisanus } *Capita.*

III aiores nostri pleni sapientia et bonitate et reverentialis timoris Dei cognoscentes quantum spurcissimum scelus sodomie fuerit et esse posset procurativum ire Dei super civitatibus et populis, de tempore in tempus sumo studio procurarunt et illas omnes provisiones fecerunt que cognite et iudicate fuerunt hene pertinentes ad extirpandum et exterminandum hoc maledictum peccatum ab hac civitate nostra: ut dominus noster Jesus Christus dignaretur per suam clementiam et misericordiam protegere nos et statum nostrum ab omnibus contrariis: et quoniam pro quanto intelligitur et cognoscitur hic detestandum actus non modo inter mares cum maribus, verum etiam ad masculos et feminis quod detestabilius et summo creatores nostro displicibilius est pervenit: et causa incrementi tanti mali in utrisque certissime et indubitanter pervenit ex eo quoniam nulla lex, nullus ordo reperitur per quam masculi vel femine paciente sodomitium; illi videlicet qui sunt maiores natu pari pena cum agentibus: et propterea conveniat super his de convenientia talis remedij providere; quod sit omnibus formidolosum et spaventosum et consequenter futurum, quod homines non solum ad tam nefando facto, sed etiam ab omni cogitatione tanti flagitij sit futuri abstinentes, eapropter;

1500
27 Agosto

Vadit pars, quod salvis et reservatis omnibus legibus et ordinibus contra sodomitas per hoc consilium statutis, que et qui presenti ordinamento non repugnarent, auctoritate huius consilij captum deliberatum et additum sit; Quod de cetero sive sit puer, sive sit juvenis, sive vir jam factus, sive sit femina, accusabit capitibus huius consilij aliquem qui de cetero cum ipso sive cum ipsa usus fuisset et exercuisset in suam personam quoquomodo peccatum sodomie, sic quod per eius accusatione veritas habeatur, absolvatur ab omni pena in quam propter eum incurriset sive incursâ fuisset *et habeat ulterius libras mille parvorum ex bonis deliquentis, et si non haberet unde solvere in tali casu accusator sive accusatrix predicti habeant taleam statuta per ordines huius consilij de ducatis 50 et 25 per sodomitis condemnatis ad mortem vel in exilium prout fuerint et teneant de credentia.* Et ad hanc ipsam conditionem et hoc ipsum beneficium absolutionis *et talee pecuniarie suprascripte* perveniunt illi qui sodomitium de cetero committerent cum aliquo masculo vel femina, qui vel que voluntarie sustinisset; et passus vel passa fuisset se sodomitari quoquomodo contra naturam, si accusabunt illas mares vel feminas, qui vel que consensissent sodomitari, ab ipso accusatore sic quod veritas ut supra habeatur, et teneatur ut supra de credentia.

Insuper captum et provisum sit: quod omnes illi tam masculis quam femine qui vel

que post hac erunt patientes et voluntarie consentientes in peccato sodomie in personis eorum vel earum, si fuerint **masculi et erunt etatis annorum XX et ab inde supra, si vero femine etatis annorum XVIII et ab inde supra**, et confessi sive confesse fuerint peccatum suum, non possint minori pena puniri quam quod ipsis ampetur caput a spatulis et comburatur in medio duarum columnarum. *Si vero dicti masculi et femine fuerunt etatis minoris et inferioris iamdictis et confessi fuerunt delictum, incurrant pena banni per ordines huius consilij statuta contra sodomitas agentes que est perpetus exilij de venetijs et districtu et de omnibus terris et locis dominij nostri a parte terre et a mintio et a plaxi citra. A parte vero maris ab quaruario citra. Et quoniam plures sunt casus quam statuta: ex nunc captum et statutum sit quod si videretur de dando predictis infra dictas etates constitutis minuere penam, non possit poni consilio de affinendo illos minori pena que exilij de venetijs et districtu et ad confine sodomitarum per annos decem, vel ad standum per annos decem in carcere clausi cum alijs penis et stricturis que viderentur apponende pro obedientia condemnationis que proponeretur.*

Ulterius si quis ab extra accusaverit de cetero agentes et patientes suprascriptos sive suprascriptas sic quod per eius accusationem veritas habeatur, habeat Libras 1500 solvendas de bonis delinquentium, et si non habuerint unde solvere, de pecunijs dominij nostri.

Captum insuper sit ex nunc: Quod de cetero quando aliquis tam masculus quam femina retentus sive retenta fuerit vel fuerint, possit et debeat per deputatos collegij sodomitarum per viam inquisitionis inquiri pro sciendo ab ipsis talibus retentis omnes illos alios cum quibus usi sunt active vel passive vicium sodomie cum ipsis retentis tantum, ut etiam contra illos tales possit fieri debita justitia.

Tentatores vero marium et feminarum de sodomio, et mediatores sive mezos subiaceant legibus et ordinibus super hoc captis in hoc consilio, que pariter cum ista publice- tur in primo maiori consilio, et in scalis nostris rivoalti et omni anno tribus vicibus ad minus que publicata vel non, nihilominus habeant et debeant contra culpabiles predictos inviolabiliter exequi. Et secretarios huius consilij teneantur et debeant sub debito juramenti et privationis ab officio commemorare capitibus huius consilij qui per tempora fuerint publicationem ut supra fiendam de presenti et de dictis alijs ordinibus.

De parte 2 — De non 1 — Non sincere 0

Ser Dominicus Bollani Consiliarius

Ser Marcus de Molino Caput.

Volunt partem suprascriptam in omnibus ut jacet **salvo** quod ubi per illam *datur accusatori sive accusatrici agenti vel patienti beneficium librarum mille vel statute talee per ordines huius consilij pro sodomitis damnatis ad mortem vel in carcere vel in exilio, nolunt* quod aliqui vel aliqua ipsorum vel ipsarum habeant beneficium illud, nisi absolutionis tantum a pena, et ubi per illam dicitur, *quod si quis ab extra accusabit agentes et patientes suprascriptos sive suprascriptas habeat libras mille quingentas si per eius accusationem veritas habeatur dicatur.* Quod si quis ab extra accusabit agentes et patientes suprascriptos habeat pro sodomitis accusatis condemnatis ad mortem ducatos centum, et ducatos quinquaginta per illis qui condemnarentur in carcere vel exilio, solvendo ex bonis delinquentium, et si non haberent unde solvere solvatur de pecunijs dominij nostri. Et ubi *per illam datur pena patientibus, tam maribus quam feminis existentibus infra etatem minorem specificatam in ispa parte, quod in casu minori etatis pene que videretur illis dande non possint puniri minori pena*

quod exilij vel carceris decemnalis. Dicatur, quod sit in libertate huius consilij procedere contra istos ad illas pena vel penas que viderentur etati et alijs circostantijs convenire.

De parte 8 — De non 0 — Non sincere 5
 » 10 — » 0 — » 5

Die 30 Augusti publicata in Majori Consilio.


*Talea ducatorum 100 pro sodomitis damnati ad mortem et per
 damnatis ad carcerem et exilium ducatorum 50: modificata } Notu in margine.
 in ducatos 25 die 26 Junij 1504. In libro Rubeo carta 9.*

(Registro 28, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1499-1591, carta 105 e 106 verso).

84.

MD. Die XXVII Augusti. *In Consilio X cum Additione cum Collegio.*

*Ser Bartholameus Victuri
 Ser Marcus de Molino } Capita.
 Ser Angelus Trivisanus }*

 currendum est de salubri remedia contra ea omnia que possunt esse introductiva quoque modo nefandi vitij sodomitici et **quoniam sunt multe Rufiane que in diversis locis huius civitatis in earum domibus teneant puellas annorum septem, octo, decem quas ponunt et tenent ad questum**, quod est summo deo nostro displicibile, et apud homines detestabile, et nullatenus sopportandum tam pro reverentia dei quam pro honore civitatis, eapropter;

Vadit pars, quod auctoritate huius consilij captum et provisum sit: **Quod si aliqua meretrix sive Rufiana tenebit de cetero aliquam puellam in domo**, que sit annorum duodecim et abinde infra incurrat irremisibiliter penam frustigationis ab sancto Marco ad Rivoaltum et bullationis trium bullarum ignitarum in fronte et genus apparentum, exequenda contra illas per Dominos noctis quibus observantia et executio presentis ordinis nostri sit commissa, et solvendi ulterius libras centum, quarum medietas sit Dominorum noctis, et alia medietas sit accusatoris, vel inventoris, et de predictis penis non possit contrafacientibus fieri gratia per prefatos Dominos noctis, et publicetur presens pars in scalis Rivoalti.

De parte 15 — De non 1 — Non sincere 0

*Missum fuit exemplum Dominis de nocte.
 Die ultimo Augusti
 Publicata per Mateum Theodori preconem.*

1500
 27 Agosto

(Registro 28, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1499-1501, carta 107 verso).

MCCCCC. Die XXV Septembris. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Petrus Mauroceno

Ser Hieronymus Leono *Eques* } *Advocatores.*

1500
25 Settembre

Si videtur vobis per ea que dicta et lecta sunt, quod procedatur **contra Marietam solitam stare et habitare** in una domo presbiteri Georgii de Pirano positam ad sanctum Joannem et Paulum in barbaria, absentem sed legitime citatam in scalis nostris Rivoalti **que tenuit scolam sodomia hominem et feminam in domo sua** ut est dictum.

De procedendo 11 — De non 0 — Non sincere 2.

Consiliarij

Capita et Advocatores.

Volunt quod ista Marieta baniatur in perpetuum de Venetiis et districtu et de omnibus terris et locis nostris a parte terre a mincio et plavi citra, a parte vero maris ab quarnario citra. Et si quo tempore fregerit confinia et capta fuerit conducatur huc Venetias ubi in medio duarum columnarum decapitetur et corpus suum ibidem comburatur sic quod in cineres revertatur: et qui illam ceperint habeant taleam statutam per ordines huius consilij capientibus sodomitas condemnatos, et ita publicetur in scalis Rivoalti.

De parte 10 — De non 0 — Non sincere 3

Die 26 superscripti publicata per Matheum Theodori preconem.

(Registro 28, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1499-1501, carta 117).

Die XI Martij 1502.

1502
11 Marzo

Cum in 1358 die XXVIII Januarij (*a*) in Maiori Consilio captum fuit quod domini **Capita Sexterii diligenter examinare deberent omnia loca Rivoalti que forent apta pro habitatione meretricum inhoneste viventium.** Cunque in exequitione mandati Illustrissimi Duci Domini nostri per effectum deputatus fuerit locus habilis et conveniens ubi meretrices ipse moram trahere deberent cum ordinibus et provisionibus sibi injunctis, que fuerit laudata et approbata et confirmata per ipsum Illustrissimum Ducem Dominum nostrum sub die IIII Septembris 1460 (*b*) prout in ipsis latius est legere: Cunque meretrices ipse derelinquerint locum ipsum et iiverint per contractas corporis Venetiarum ad habitari non aliter inhoneste viventes, ac si essent in postribulis Rivoalti cum malo exemplo convicinarum ac transeuntium et aliarum personarum honeste viventium, ac cum maxima offensione domini nostri Jesu Christi, ac in grave damnum et perniciem patronorum Castelletti et postribuli Rivoalti quod aliis quam meretricibus eorum domos locare non possunt, circa quod providere summopere laudabile censetur. Unde spectabili et generosi Domini Capita Sexteriorum infrascripti visa lege antedicta ac Capitulis super postribulis editas cum contentis in eis. **Visa** quadam parte capta in Consilio de XL.^{ta} sub die VII Julij 1423 (*c*) qua continent, Quod domini Capita Sexteriorum possint venire ad Consilium cum suis provisionibus partibus meretricibus prout in eas. **Visis** quibus aliis provisionibus factis per ipsos dominos Capita Sexteriorum super facto ipsarum meretricum vigore ante-

dicte partis capte in dicto Consilio sub die 15 Julij 1423 *(d)* cum contentis in eis. Viso proclama superium sub die 14 Martij 1451 cum contentis in eo. Visa quadam parte capta in Consilio X sub die 28 Junij 1340 *(e)* que concessa fuit libertas et auctoritas dominis Capitibus Sexteriorum de hominibus et feminis inhoneste vite cum contentis in ea. Visa quadam parte in Consilio de XL.^a Capta sub die X Octobris 1266 *(f)* qua continetur, Quod quicumque Venetiis habentes meretrices publice in eorum domibus eas expellere deberent etc. prout in ea latius. Visa alia parte sub die ultimo Augusti 1319 circa premissa disponente. Visis provisionibus terminationibus et stridationibus in presenti negotio emanatis sub diversis diebus mensibus et nonnullis cum contentis in eis. Visa quadam parte capta in Consilio Rogatorum sub die 24 Martij 1490 *(g)* qua captum fuit quod omnes meretrices publice hoc exercitium facientes ire deberent ad loco publica sibi constituta sub pena in ea descripta. Viso quodam precepto facto per Illustrissimum dominium sub die 7 Maij 1490 *(h)* quo mandatum fuit dominis Capitibus Sexteriorum pro executioni mandare deberent: lectam partem prout in ea expressa predicta terminatione lata per presens officium sub 1444 die X Octobris *(i)* cum eas meretrices debentes se reducere ad Castelletum etc. pro ut in eo. Viso quodam precepto dominorum Advocatorum Comunis facto dominis Capitibus Sexteriorum sub die XI Februarij 1494 *(k)*. Quod ipsi Domini Capita Sexteriorum observare debeant leges disponentes circa meretrices pro ut in eo: Viso demum alio precepto dominorum advocatorum Comunis sub die 3 Septembris 1495 *(l)* circa premissa cum contentis in eo: Et super hijs omnibus et singulis maturate et diligenter consideratis vigore sui officij et ex auctoritate sibi per leges concessas, **Terminantes terminaverunt ac declaraverunt, Quod omnes meretrices per contratas habitantes et publice hoc exercitium facientes se reducere debeant et teneantur ad locum publicum Rivoalti sibi per leges constitutum,** sub pena librarum C. parvorum et scuriatarum 25, et standi per menses sex in carceribus iuxta seriem et tenorem partis capte in Consilio Rogatorum dies 24 Martij 1490 *(m)*. Et ne aliqua sub ignorantie velamine valent se excusare, presens Terminatio publicetur cum termino sibi statuendo ipsis dominis Capitibus Sexteriorum videbitur.

Dominus Baldasar Minio

Dominus Marcus Diedo et

Dominus Zacharias Fuscareno

Dominus Jacobus Venerio.

Dominus Justus Paradiso

Die XII Martij. 1502.

Conoscentes infrascripti Domini Consiliarij cum universo Collegio terminationem ultrascriptam factam per Dominos Capita Sexteriorum honestam sanctam ac laudabilem esse in omni eius parte, eam laudaverunt approbaverunt et confirmaverunt, laudantque approbant et confirmant cum auctoritate universi Collegii jubentes ut prorsus, et ad unquem obstruetur et executioni mittatur inviolabiliter.

In pleno Collegio.

Consiliarij

Ser Hieronymus dechadepesaro

Ser Franciscus Trono

Ser Marcus bollano

Ser Ludovicus Demollin.

(Capitolare 1 de' Signori di Notte al Civil, carta 112 e 112 verso).

(a) Veggasi il numero 6. — *(b)* il N. 43. — *(c)* il N. 15. — *(d)* il N. 17. — *(e)* il N. 5. — *(f)* il N. 2. — *(g)* il N. 63. — *(h)* il N. 66. — *(i)* il N. 29. — *(k)* il N. 75. — *(l)* il N. 76. — *(m)* il N. 63.

Die XIII Martij 1502.

1502
14 Marzo

Retulit Pasqualinus preco officij mandato dominorum Capitum Sexteriorum stridasse preconia voce in infrascriptis locis pro ut infra, videlicet: Oldi (*a*) da parte de comandamento di Magnifici Signori Capi de Sextier in execution de molte Leze sopra de zio prexe e de una termination noyamente facta et per la Illustrissima Signoria confermada: il se fa sapere **che tutte le meretrice habitante per le Contrade fra termene de zorni III debiano redurse a star al postribolo de Rialto** sotto pena de Lire C. de pizoli, star mexi 6 impreson et scurizade, XXV. La mita de la qual pena pecuniaria deba esser de lo accusador et sia tenuto de credenza.

a Sancto Luca in la Cale de cha Corner
 a Sancto Luca al ponte dei Fuseri
 a Sancto Anzolo per mezo de cha Malipiero
 a Sancto Samuel zoe a Sancta Margarita et a Sancto Rocho
 a Sancto Moyse in Calle da cha Barrozzi andando a la ternita in frezaria.
 a Sancto Salvador in le caxe da ca Nani
 a Sancto Lio
 a Sancta Maria Formosa in Ruga gaiufa
 a Sancta Maria Formosa in Calle longa
 a Sancto Antonin a Larcho
 a Sancto Zuane Bragola
 a Sancta Trinita
 a Sancta Maria mater domini in Cale
 a Santo Stim sul campo
 a Sancto Cassan
 a Sancto Simion grando zo del ponte de piera
 a Sancto Silvestro in Cale del taiapiera
 a Sancto Aponal sul Campo
 a Sancto Pollo in Calle de i Cavalli
 a Sancto Pantalon in Calle de Castelforte
 a Sancto Lunardo
 al Ponte Dalazedo (*cioè dell' aceto*)
 a i Bari in la Calle de cha Zusto
 a Sancto Basso al ponte dal Anzolo de legno
 a Sancta Margarita in Cale de la Madona
 a Sancta Margarita dal taiapiera a cha Barbaro
 a San Sebastian per mezzo la Cale del Forno
 a San Sebastian in borgo zo del ponte
 a San Barnaba in Cale longa
 a San Stai in Cale del forno.

Die 9 Januarij 1503 (*cioè* 1504).

Retulit Pasqualinus prece offitij mandato Dominorum Capitem Sexteriorum stridasse preconia voce infrascriptis locis ut supra scriptus est.

(Capitolare 1 de' *Signori di Notte al Civil*, carta 113).

(a) Oldi per Aldi (*ascoltate!*)

88.

Die XXIII Martij 1502.

Infrascripti Domini Consiliarij auditis Capitibus Sexteriorum dicentibus vigore terminationis officij nuperime facte **velle expellere meretrices habitantes in contracta Sancti Jeminiani sive Sancti Moysi** in domibus de K. (*Cha*) (a) Contareno qui nobiles non per mitant eas expellere allegantes locum ipsum esse ad hoc assuetum: et quod dominis Capitibus sexteriorum non molestant **illas habitantes in calli a scupa et per consequens non debeant eas expellere**. Terminantes terminaverunt quod dicte meretrices habitantes in domibus de K. Contareno expellentur et quod ille habitantes in calli a scupa ad sanctum Jeminianum non molestentur quousque ibidem manere possint: que sint subiecte et supposite prout ille Rivoalti non intelligendo vero quod teneantur hospitibus prout sunt ille Rivoalti.

1502
23 Marzo

Consiliarij

Ser Hieronimus Dechadepesaro

Ser Franciscus Tronus *Eques*

Ser Marcus Bollani

Ser Lodovicus Demolino

Ser Lucas Cyvranus

(Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 113 verso).

(a) *Cha*, in dialetto veneziano, per *casa*.

89.

MDXI. Die XXVII Martij. *In Consilio X cum Additione.*

Capita.

Provisiones per hoc Consilium antehoc de tempore in tempus facte ad finem et effectum **quod spurcissimum peccatum sodomie** supra omnia alia peccata provocativum ire Dei super terram **eradicetur de hac civitate**, non obscure declarant hanc bonam et semper perseverantem intentionem et desiderium Dominis nostri in qua cum sit magis atque magis per ea que modo dicta sunt, circa hoc maledictum peccatum insistendum et omni possibili modo providendum pro propicianda gratia et clementia Salvatorio nostro super nos et Statum nostrum; eapropter,

1511
27 Marzo

Vadit pars quod auctoritate huius Consilij captum, statutum et provisum, et ad provisiones et leges ante hac captas additum sit: Quod de cetero Capita huius Consilij Inquisitores deputati ad collegia sodomitarum possint teneantur et debeant pro eorum officijs tam in et pro accusationibus denuntiis, vel processibus contra sodomitas, quam etiam ex eorum

offitio ire procedere per viam inquisitionis **pro intelligendis et inveniendis culpabilibus**, et habenda veritate contra culpabiles tanti peccati: **de illis videlicet tam active quam passive illud commisissent** ab die capte presentis partis citra tantum.

Utque intentio presentis ordinis diligentissime et exatissime observetur, captum etiam et provisum sit, quod singulo quoque mense quando fit electio Capitum huius Consilij, per Serenissimum Principem nostrum dari debeat solemnem juramentum tam Capitibus quam Inquisitoribus electis de observando et observari faciendo diligentissime hunc ordinem; et in fine cuiuslibet mensis per prefactum Serenissimum Principem dari debeat prefactis Capitibus et Inquisitoribus replicatum juramentum si observaverint cum omni plenitudine diligentie presentem ordinem huius Consilij faciendam summariam et succinctam relationem huic Consilio de toto eo quod intellexerint, habuerint et fecerint, ut possit contra culpabiles fieri quantum pro honore Dei et iusticia Dominij nostri et huius Consilij cognitum fuerit convenire **pro exterminatione huiusmodi detestandissimi peccati**.

Teneantur insuper Capita huius Consilij sub eodem debito juramenti, omni et singula septimana vocari facere et habere ad eorum presentiam tam Capitaneum huius Consilij quam omnes alios Capitaneos, mandando illis et unicuique ipsorum mandato strictissimo et efficacissimo, cum juramento etiam, ut tam in die quam in nocte **debeant esse sollicitissimi et oculatissimi in supravidendo in omnibus partibus civitatis, et in omnibus locis et domibus suspectis et bastitis pro possendo intelligere scire seu invenire illas personas et tam mares quam feminas culpabiles vel suspectas huius maledictis criminis**: et sint qui esse vellint possendo retinere deprehensos in manifesto crimine, suspectos vero denunciare Capitibus huius Consilij. Et publicetur presens pars cras mane in Schalis nostri Rivoalti in qua publicatione subiceantur illud de cetero et illa verba ad die capte presentis partis citra tantum.

De parte 14 — De non 3 — Non sincere 0

Die 28 mensis suprascripti publicata in Schalis Rivoalti, ut in minuta castigata.

(Registro 34, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1511, carta 13 verso).

90.

MDXII. Die XXVIII Septembris. *In Consilio X cum Additione.*

Capita

1512
28 Settembre

Intruducta est a modico tempore citra, una res que non venit **ullo modo permittenda procedere** tanquam introductiva malorum effectuum alienorum ad bonis moribus in juventute, respectu locorum et personarum disparium etatum ad illa et illos se reducendum et confluentium. **Si quidem in certis locis huius civitatis sunt ellevate in locis vacuis, licet clausis tabuli, alique scolae seu reductus a ludendo ad ballam parvam**: Et propterea,

Vadit pars, quod auctoritate huius Consilij captum et provisum sit, et ita publicari debeat in Schalis nostris tam Rivoalti quam Sancti Marci; quod huiusmodi Scolae et reductus sint omnino prohibiti, et quod illi omnes tenent, debeant quamprimum destruere ipsos, nec de cetero tam ipsi, quam alij modo et in futurum **non possint facere vel tenere talis re-**

ductus in aliquo loco huius civitatis nec in domibus vacuis, sed in campis et locis publicis in aperto, sicut consueverant fieri, sub pena presumentibus contrafacere standi per menses sex in carceribus clausis, in carceribus nostris inferioribus, et solvendi ducatos centum pro pena: cuius pene unum tertium sit accusatoris et alia duo tertia applicentur Camere huius Consilij.

De parte 16 — De non 1 — Non sincere 0

*Primo Octobris publicata in Scalis Rivoalti per Mattheum Theodori
preconem: et in Sancto Marco per Nicolaum Rizardi.*

(Registro 35, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1512-1513, carta 93 verso)..

91.

MDXVI. Die XXVIII Julij. *In Consilio X cum Additione.*

Ser Aloijsius Mocenico *Eques* }
Ser Ursatus Justinianus } *Capita.*
Ser Petrus Pisaurus }



Questo Stado e sta sempre desideroso de extirpar ogni vitio provocativo de lira de la Maesta Divina; ma precipue el detestando et abominevol vitio de la Sodomia sopra el qual sono sta fatte diverse severissime provisione ben conforme a la qualità del eccesso predicto: Tamen vien divulgata da poco tempo in qua una cosa absurda et inaudita, qual non e da esser ullo pacto tollerata, che alcuni scelestissimi da 30, 40, 50 et 60 anni in suso se hanno dadi come prostitute et publice meretrice ad esser patienti de tal iniquissimo eccesso, invitando cum danari et altri mezi de pessima qualita i agenti a tal vituperosa et iniqua operation cum offension tanto grande del summo Redemptore nostro quanta cadauno per sua providentia ben intende. Unde azo questa Cita sia libera da tal scelerita inaudite et i delinquenti portino le meritorie pene.

1516
28 Luglio

L' andera parte, che salve et riservate tutte le altre parte prese ne li tempi preteriti a questa non repugnante, sia per auctoritade de questo Conseio proclamato ne li luogi consueti che tutti quelli che sono sta agenti cum simel sorte de persone da anni 30, 40, 50 et 60, et da li in suso et hanno commessa tal sorte de abominevole et detestando eccesso da anni cinque in qua si in questa Cita nostra, come a le contrade et in cadaun altro luogo del Ducato, et venirano fra termene de zorni otto, proxime sequenti a die publicationis, a denunciare a i Capi de questo Conseio cum qual patienti de dicta eta i hanno commesso tal detestando vitio, et che per la sua denuncia se devegni in la verita, saran liberi da cadauna pena in le qual fosseno incorsi et potessero incorrer per virtu de le leze nostre, et insuper haverano, post habitam veritatem, ducati tresento doro di beni de cadaun de i patienti se ne sarano, et non ne essendo, di danari de la Cassa de questo Conseio. Passato veramente dicto termene et che i predicti agenti o per novi premi o per altra causa non vengino a propalar i excessi predicti: se per altra via se devenirà in luce, incorrino li agenti et patienti in quelle acerrime pene che parerà a questo Conseio convenirsi a i demeriti et detestande operation sue. Et azo tal sorte de vitio absurdo et inaudito non resti sepulto che altro non saria che provocar la ira de la Maesta Divina contra el Stado nostro, sia firmiter statuido che passato el termene superius dechiarito, tutti quelli che saperano al-

cuno de i agenti et patienti predicti, habino termene otto zorni subsequenti a dichiarire et denunciare a i capi predicti tutto quello i sano, specificando i nomi et action de cadauno cum tutte le circumstantie necessarie. Qual denuncianti siano tenuti secreti et habino per la relation sua, devenendosi a la verità, ducati 300 de i beni de essi delinquenti se ne sarano, sin minus de i danari de la cassa di questo Conseio. Et se fra ditto tempo i prefati non haveranno denunciato ut supra, et se havera la verita per altra via, incorrino in pena de perpetuo exilio de questa Cita et de tutte terre e luogi nostri si da terra come da mar.

Verum, azo sia provisto nel advenir a tanto abominevole et detestando morbo, sia statuido et preso che occorrendo alcun simel caso da questo zorno in avanti servir se debi el modo et ordine de sopra specificato.

Et perche per virtu de le leze prese fino al presente zorno i Cavi soli et poi successive el Collegio ordinario ha auctorita de poter far retenir senza altro Conseio i sodomiti et suspecti del vitio predicto: sia preso che ne i casi de la sorte contenuta nella presente parte non se possi devenir a detention de alcuno, se prima non saranno lette le denuncie et altre scripture formate contra i accusadi a questo Conseio et sera deliberado per quello si come li parera et per justicia et per qualitate demeritorum convenirsi.

Et azio non se manchi in alcuna parte de resecar tal inaudito et fetido manchamento, et la Maesta Divina vegni ad esser propitia al Stato nostro: sia preso che de mese in mese sia dato per il Serenissimo Principe solenne sacramento a i Cavi et Inquisitori de questo Conseio de far diligentissima inquisition de tutti i delinquenti prenominati, et poi vengino a questo Conseio cum quanto i haverano, azo i siano puniti cum tal severita che i siano exemplo ad altri. Ne se li possi far gratia, dar remission o recompensation salvo per tutte le ballote de questo Conseio congregato ad integro numero de XVII.

De parte 8 — De non 5 — Non sincere 1 .

Die XXVIII Julij suprascripti publicata in Rivoalto per Nicolaum Rictum preconem cognominatum a Tanto.

(Registro 40, *Misti Consiglio de' Dieci*, 1516, carta 61).

92.

MCCCCXX. Adi 10 Zugno. *In Majori Consilio.*

<i>Ser Andreas Mudatio</i>	<i>Ser Nicolaus Venerio</i>	} <i>Consiliarij</i>
<i>Ser Marcus Minio</i>	<i>Ser Vincentius Capello</i>	
<i>Ser Aloysius Mocenico Eques</i>	<i>Ser Jeronymus Pisaurus</i>	
<i>Ser Marcus Geno</i>	} <i>Capita de XL.^{ta}</i>	
<i>Ser Leonardus de Molino</i>		
<i>Ser Marcus Antonius Fuscarenus</i>		

1520
10 Giugno

Il si attrovano alcune femene a li presenti tempi di cusi mala conscientia che non temendo Dio se fa licito querelar contra li cittadini nostri et altri forestieri habitanti in questa cita, si ala Advogaria come alli Signori de notte et Capi de Sestier, et a quelli dimandano danno o pagamento come le dicono per esserli sta tolto la sua virginita quantunque voluntarie, et per una mala et pessima consuetudine de quelli offitij da grande tempo in qua servada non si puol quasi far di meno che terminar in favor de queste tale,

dando fede ala sua semplice querella, cosa in vero che da grande murmuration a tuti chel si debia dar fede ad una **semplice parola et querella de una femina infame** testificante et probante a suo proprio et particular beneficio: nihil aliud probante vel testificante per queste tal querele li officij ditti, maxime di Signori de Nocte et Capi de Sextier sempre occupatissimi, cosa da farne provisione, et pero;

Landra parte, che li Avogadori, li Signori de Nocte, li Capi de Sextier non possi **ne debino alcuna femina de le ditte de sopra aldire nepure per se alcuna cosa terminar ne judicar ne le querelle sue acceptar**: le qual veramente femene querellasseno esserli sta voluntarie tolto la sua verzenita: et quod peius est volesseno fusseno dato credulita al suo semplice ditto, come e narrato de sopra: ma ben possino esser acceptade le querelle de quelle le quale o per forza o per promissione de matrimonio o per subgestionem, fraude over ingano fosseno sta violate ale quale siano permesso andar ali sui fori competenti provando le querelle sue et le sue intentione per testimonij, o per altri modi justij o convenienti, secundo che a quelli magistrati parera esser justo et conveniente. **Siano exceptuade da questo quelle pute garzone de minore etade che de anni 16**, le qual essendo scripte o altramente a mercede per i sui patroni fusseno violate perche el si puol presumer che per timor aut obedientia le potriano farsi de non voluntarie, circa le quale perho li Judici siano molto circumspecti si ale condition de li patroni, come ali costumi de le case, et ale condicion de le garzone et vita sua: le quale perho non possino tal cosa dimandar, salvo che per spacio de mesi sie da poi partite da quelli sui patroni. Et la presente parte sia notata ali officij sopreditti da esser per loro inviolabilmente observada et sia publicada sopra le scalle de san Marco et de Rialto.

De parte 1138 — De non 125 — Non sincere 3

*Die 26 Maij. Posita fuit suprascripta pars
in Consilio de XL. ad Criminalia et fuerunt.*

De parte 28 — De non 5 — Non sincere 1.

(Deliberazioni *Maggior Consiglio*, Registro *Deda*, 1504-1521, carta 170).

93.

Terminazione del magistrato della Sanita che tutti gli impiagati ed infermi di mal francese debbano andar a curarsi nel locale a tale oggetto destinato.

Die XXII Februarij MDXXI (*more veneto*).

Essendone fatto assaper per il Reverendissimo Monsignor Patriarcha esser molti nostri zentilhomeni e zentildone et altri mossi da commiseratione de molti infermi **et impiagadi da mal franzoso**, et altri mali, li quali parte da impotentia stano suso le strade et sotto portegi de chiesie et luogi publici si a Rialto come a San Marco per mendicar el viver suo, et parte assueti a tal gaggiofaria non volendo proveder de guarir, et resanarsi stano in quelli instessi luogi con grandissimo fetor et contagio delli cohabitanti et vicini dove è etiam causa de grandissima mormoration, non solum a nostri, ma a tutti quelli vieneno in questa nostra Citta, chel non se proveda a tanta miseria, **come si fano in tutti li altri luogi de Italia, si nostri come alieni**, maxime che facilmente, come siamo informati per ditta causa di tanto fetor se faria contagion et morbo a danno et ruina universal de

1522
22 Febbraro

questa nostra Citta; Et perho **mossi ut supra da charità dano opera con ogni diligentia alla cura de ditti infermi** redutti in extrema miseria et calamita in uno suo locho al **Spiritu Sancto** (a) molto idoneo et commodo per questa bona opera laudabile veramente da tutti. Et perche el se attrova alcuni impiagadi ut supra renitenti de non voler esser medicati ne curati assueti a tal miseria del mendicar ita che rechiesti recusano di non voler andar ad esser provisti governati medichati et sanati: Perho Noi Francesco Ruzini, Sebastian Contarini et Zacharia Valaresso Proveditori sopra la Sanità inteso ut supra vogliando proveder a dar ogni favor a cussi bona opera a Dio gratissima et utile molto a questa Citta, Terminemo per auctorita del officio nostro, che se de cetero **algun impiagado over alcuna impiagada da mal franzoso over di altro mal** che fosseno rechiesti over rechieste dalli deputadi al sopraditto locho che debbia andar a star al ditto loco per esser curadi et governadi, recuserano ne vorano andar tunc facendoli intimar per el Capitano over fanti del officio nostro, et recuserano, et non anderano ad esser curati ut supra immediate siano et esser se intendino banditi de questa nostra Citta, et per observar la ditta nostra deliberation sia commesso a chadaun del officio nostro, che trovando piu quelli mendichi per la terra che harano ut supra recusado de andar i debbino immediate metterli in una barcha, et mandarli fuori della terra a spese del officio nostro. Et sel se trovera algun barcharuol che li reconduceno in questa Citta constandose nel officio nostro, i ditti insidi de tal ordine nostro li sij dato quella pena che meritamente se dovera darli, secondo sara lo error et colpa sua che parera al officio nostro. Essendo obligati iterum a sue spese recondurli fuori della terra secondo che per l' officio nostro le sara comesso. Dechiarando insuper che per li sopradicti zentilhomeni zentildone serano provisto al governo de i sopradtti. Pero terminemo che algun over alguna che sara anda a ditto locho fin che la stara li per tal cura non possi andar ne star pe la terra in algun locho mendicando, ne a chiese ne altro locho nemine excepto sotto la sopraditta pena in omnibus come di sopra e dechiarido de quelli che sarano renitenti andar a star in ditto luogo. Et perche se possi saper con certeza quelli che sarano sta et che starano in ditto locho, volemo et dechiarimo che per li deputadi alla cura de ditto locho sia tenuto uno libro sopra il qual sij notado chadauno et chadauna che sara ricevuto in ditto loco, el nome et cognome suo el zorno de intrar et cussi etiam el zorno de licenziarli, acio se possi intender quelli fosseno desobedienti al soprascripto ordine nostro.

(a) Situato sulla via di Venezia detta *le Zattere* poco lungi dalle Chiese di Santa Maria del Rosario e dello Spirito Santo ove sorge quel grande fabbricato altra volta detto *Ospitale degli Incurabili*, che sino dall' anno 1819 venne ridotto a Caserma militare, e tale è oggidì. — Veggasi Cicogna, *delle Iscrizioni Venetiane*, tom. V, pag. 297 e seguenti; ove a pag. 309 leggesi il sunto di questa Terminazione.

(Capitolare Primo, *Proveditori alla Sanità*, 1485-1574, carta 31).

94.

Die 27 Junij 1523.

1523
27 Giugno

De comandamento etc. (a). **Chel non sia alcuna ruffiana che tegni femena de partito in caxa ne dia recapito a meretrice de sorte alcuna** sotto pena d' esser frustade et pagar lire cento et star mexi do in prexon, la mita de la qual pena pecunia-

ria sia del acusador l'altra mita a beneficio di lazaretti. *Et cussi fo publicato sopra le scalle de Rialto et de S. Marco per ser Pasqualin Dardani Comandador.*

(Notatorio 2, *Provveditori alla Sanità*, 1515-1528, carta 59).

(a) Cioè, *dei Signori Provveditori alla Sanità*

95.

Die XVI Julij 1539.

Referi Alvise di Cai fante di Clarissimi Signori Capi del Exellentissimo Consiglio di X di comandamento di Signori Capi cum sit che essendo comparso a la prexentia de Sue Signorie el magnifico messier Priamo Malipiero fo de ser Dyonixio come patron del Casteletto de Rialto **et referisse qualiter ne li preteriti zorni fusse seguito certo inconveniente de quella povera meretrice** per due soldati che se i havesseno possuto haver in le mani li haveriano castigati. Et ideo per oviar a li inconvenienti potesse occorrer per l'avenir comete a Vostre Excellentissime Signorie Magnifici Signori Capi de Sestier come quelli che sono **superiori al Casteletto et altre meretrice** per la forma del Capitular vostro, quelle debia exeguir in tutto le leze exponenti in tal materia supra el prefatto Casteletto acio le cose vadino recto ordine.

1539
16 Luglio

(Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 131 verso).

96.

Die 13 Augusti 1539.

Referi Valerio Savvina fante alli Magnifici Signori Avogadori de Comun de mandatò di Clarissimi Signori Avogadori in N.º 3 che li Signori Capi di Sextier debbia observar et adempir le leze ad unquam disponenti; et che **le meretrice** le quale erano solite ad habitar **nel postribullo de Rialto** secondo la continentia e disposition de essa leze et questo sotto le pene et proibizione in essa leze cotenute.

1539
13 Agosto

(Capitolare de' *Signori di Notte al Civil*, carta 131 verso).

97.

Adi 14 Agosto 1539.

De comandamento di Magnifici Signori Capi de sextier el se fa a saper a tute a cadauna le **meretrize habitante ne la isola de Rialto che in termene de zorni octo proximi a vegnir le debino in bono et vero effecto venir a darsi in nota al officio delli Signori Capi de Sextier**, altramente passado el dito termene quelle che non saranno venute a darsi in nota insieme cum le altre che se havessimo date in nota se intendano sottozaxer immediate a pagar L. 3 al mese de regalie al nobel homo missier Priamo Malipiero juxta la forma delli hordeni del Casteletto de Rialto, stagando perho in lixola de Rialto se intendano esser sottoposte et alla condition de quelle che se haveranno dato in nota che e di

1539
14 Agosto